BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Bilguer, Johann Ulrich,

Diss. inaug. med. chir. de membrorum amputatione rarissime administranda aut quasi abroganda

Hala Magdeburgica 1761

4 Diss. 1832#Beibd.18
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10822714-0
VD18 14849402-001

18.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO-CHIRVRGICA

DE

MEMBRORVM AMPVTATIONE RARISSIME ADMINISTRANDA, AVT QVASI ABROGANDA,

QVAM

DIVINI NVMINIS AVSPICIIS

ET

GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM INDVLTV

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

ET

PRAECIPVE CHIRVRGIAE

RITE CONSEQVENDO

D. XXI. MART. A. R. S. CIↃIↃCCLXI.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

SPECIMINIS LOCO

PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE SVBMISIT

IOANNES VLRICVS BILGVERVS

CVRIA-RHAETVS

GENERALIS PRAEFECTVS CHIRVRGORVM

EXERCITVS REGII BORVSSICI.

HALAE MAGDEBVRGICAE, EX OFFICINA HENDELIANA.

18.

DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO-CHIRVRGICA

DE

MEMBRORVM AMPVTATIONE RARISSIME ADMINISTRANDA, AVT QVASI ABROGANDA,

QVAM

DIVINI NVMINIS AVSPICIIS

ET

GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM INDVLTV

PRO

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

ET

PRAECIPVE CHIRVRGIAE

RITE CONSEQVENDO

D. XXI. MART. A. R. S. CIↃIↃCCLXI.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

SPECIMINIS LOCO

PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE SVBMISIT

IOANNES VLRICVS BILGVERVS

CVRIA-RHAETVS

GENERALIS PRAEFECTVS CHIRVRGORVM

EXERCITVS REGII BORVSSICI.

HALAE MAGDEBVRGICAE, EX OFFICINA HENDELIANA.

QUÆSTIONES AUCTORES SINGULOS

SPECIMEN

EXHIBENS

QUÆSTIONES SELECTAS

DE

MEDICINA CHINENSIUM

MARTIS FILIIS,

QVI SVB SIGNIS

FRIDERICI MAGNI,

BORVSSORVM REGIS,

MILITANT,

VULNERATIS IIS QVIDEM,

SED NON VICTIS,

ALIIS DEVOTA, ALIIS AMICA MENTE

OFFERT

AVCTOR.

BOKASSOKA, REGIS

§. I.

Cum haud ita pridem in animum induxissem, publico quodam Specimine, in celeberrima hac Musarum sede edendo, prudentiam peritiamque qualemcunque meam doctis peritisque viris comprobare; nihil huic consilio meo accommodatius visum est, quam si eam artis partem, quae manu medetur, quaque per tot annos in tam funestis bellis opem commilitonibus meis attuli, sumerem ita illustrandam, ut calumniam simul, veterem illam, qua nonnulli Chirurgos, vt Romani olim ARCHAGATHVM, medicum illum vulnerarium, a secandi urendique saevitia *a*), carnifices co-

a) Vid. PLINIVS *in Hisoria natur.* Lib. XXIX. C. I.

gnominant, quantum quidem in me eſſet, quantumque rerum natura pateretur, repellerem atque labefactarem. – Eſt autem inter tot ſecandi modos, quibus vitam ſanitatemque, qualem poſſimus, hominibus reddere ſtudemus, nullus tam formidabilis, quam ille, quo partem quandam corporis grandiorem, inutilem futuram, ne caeterae trahantur, totam a reliquo corpore abſcindimus abiicimusque. De ratione membra amputandi nos iam iam loqui, quisque intelligit. Quam quanto magis animus hominis cuiusque horret ac refugit, tanto maiorem gratiam nos inituros fore ſperavimus, *ſi occaſiones illas, ubi tam ingratam ac propemodum foedam curandi rationem adhibere hactenus neceſſarium utileque viſum eſt, utique minuendas, niſi fortaſſe omnes vitandas eſſe hoc tempore, doceremus.* Quod ut recte hominumque ſaluti accommodate faceremus, ad DEVM OPTIMVM MAXIMVM ſupplices ſaepius precati ſumus, iterumque precamur.

§. II.

Atque ea quidem cogitatio §. I. ſubiit animum, cum inter tot atrocia vulnerum genera, quae bellicoſiſſimis hisce temporibus in noſocomiis ſauciatorum militum videre contigit, numeroſiſſimi nobis ſeſe obtuliſſent caſus, ubi & milites vulnerati ipſi, & Medici, & Chirurgi, militum ſalutis praeſides a SVMMO REGE cohortibus legionibus atque exercitibus dati, maiores corporis partes, ingenti armorum vi laniatas, laceratas, diſſciſſas, vexatas atque contuſas confractasque, aut omnino peſſime affectas, ſcalpello caeterisque ferramentorum generibus reſecandas eſſe decernerent, atque, ut

vitam

vitam utique ſervarent, re ipſa praeſcinderent, voti vero ſui vix unquam compotes fierent. E contrario non paucos propius contueri atque curare licuit, quibus magnae illae moles, quae ex tormentis bellicis per accenſum pulverem pyrium motu perniciſſimo propelli ſolent, totum membrum aliquod a reliquo corpore ita avulſerant atque abſtraxerant, ut cuique eorum, qui ad pervulgatas receptasque artis regulas agere, quam novi quid tentare, malunt, trunca manus, mutilusve pes, artificioſa ratione denuo amputari debere videretur, qui vero ſine triſti hoc artis auxilio ſanati ſunt, ſatis quidem, pro noxae ratione, feliciter. Praeter hos alii reperti ſunt, iidemque quam plurimi, quorum membra, non prorſus a corpore quidem abrepta, ſed tamen ita penitus lacerata, vexata atque contuſa, miſerrimeque affecta eſſent, quae nemo, rerum chirurgicarum gnarus, a corpore ſeparanda eſſe, non exiſtimaret; quae nihilo tamen minus nos, neglecta hac manuum ferramentorumque opera, praeter omnium ſpem opinionemque ad ſanitatem, ad qualem per vulnerum naturam potuimus, perduximus.

§. III.

Felix ille igitur eventus §. II. partim naturae beneficae, partim humanae ſalutis praeſidi arti, vindicandus, nos magnopere cohortari viſus eſt, vt ad membrorum quamvis, a telis miſere affectorum, reſectionem vix unquam decurreremus, ſed quidvis potius, tum medicamentis idoneis, foris intusque adhibitis, tum dextre & curioſe factis inciſionibus aliaque manuum opera, experiremur, quo miſeris commilitonibus ſimul

&

& vitam & membra peſſime vulnerata, quocunque fieri modo poſſet, ſervaremus. Ac profecto tantum abfuit, ut infelicia eſſent conamina noſtra, ut potius nos in antecepta illa opinione confirmarent, ſcilicet humani corporis partes, peſſime affectas, ſaepius, quam hactenus vulgo crediderunt, poſſe reſtitui. Quam etiamſi doctis peritisque Medicis & Chirurgis non usque quaque probatam videro, neque enim id ab ingenii tenuitate diſputandique imperitia ſperaverim; hoc tamen me effecturum fore firma mihi ſpes eſt, ut alii artis Profeſſores atque Magiſtri, feliciori ingenio praediti, meoque exemplo excitati, eadem medendi via ſubinde ingrediantur, ac propriis experimentis erecti atque compulſi, id, quod mihi non licuit, caeteris artis cultoribus perſuadeant, atque luculentius demonſtrent.

§. IV.

Sin adeo usque indocta doctioribus peritioribusque viſa fuerit medendi ratio, a nobis propoſita, ut nulla ex parte commendari laudarique poſſe videretur, quod ſane non magnopere veremur; caeteris tamen hominibus tanto magis placebit noſtrum ſtudium humano decori aeque atque integritati ſubſerviendi. Quotus enim quisque eſt, qui non penitiſſime commoveatur animo, ſi de membrorum amputatione mentio iniecta fuerit, ſi homines, mutilis manibus, truncatis brachiis obambulantes, aut altero pede abſciſſo claudos, ac pedem ligneum trahentes, grallisve innitentes magis quam ingredientes, viderit, quique non tolerabilius malum putet, membrum aliquod debilitatum varieque diſtortum atque defiguratum, neque ad priſtinos

ſtinos uſus prorſus aptum habere, quam eo prorſus carere. Sique praeterea cum animo reputamus, quam vehementer maxima hominum pars dolores quosvis, a ſcalpello Chirurgi in levioribus abſceſſuum aperiendorum plagis metuendos, averſentur, facile profecto a minori ad maius, quod aiunt, argumentari, atque ſummum illum horrorem, quo unusquisque dolores illos vehementiſſimos, cum amputatione membri maioris cuiusvis neceſſario coniunctos, abhorreat, animo concipere poterimus atque intelligere, quam ob rem plerique mori, quam membrorum talium reſectionem permittere, malint, & cur vix unus aut alter reperiatur, qui Comiti illi Mansfeldenſi, ſtrenuo, atque rebus in bello tricennali geſtis inclyto Heroi, ſimiles ſint, quem quippe annalium ſcriptores ferunt brachium vulneribus affectum Chirurgis ſub tubarum tympanorumque ſonitu praecidendum praebuiſſe; aut qui agreſtem illum hominem, de quo SCHAARSCHMIDIVS, Medicus nuper apud Berolinenſes clarus, in collectione caſuum & obſervationum variarumque animadverſionum ad rem medicam pertinentium *a*) meminit, imitari, ſibique ipſe crus ſphacelo ſideratum ferra, eademque parum ad eam rem accommodata, deſecare velit.

§. V.

Sed vero ne ipſimet nos ſauciatorum aliorumque aegrotantium vagitibus nimis commoveri, atque

a) SAM. SCHAARRCHMIDTS *mediciniſcher und chirurgiſcher Berliniſcher woechentlicher Nachrichten, zweyter Jahrgang.*

Chirurgi, quem, vt recte ait CELSVS *a*), immiſericordem eſſe decet, animum depoſuiſſe videamur; valere iuſſis triſtiſſimis illis cogitationibus, homines ad animum revocemus, pauciores illos, qui his duobus, de quibus §. IV. diximus, quodam modo ſimiles ſint, & partim inſuperabili vivendi cupidine, aut inſolita animi magnitudine, erecti ac ſuſtentati, partim religionis vinculo adducti, aliisve rationibus moralibus compulſi atque coacti, dolores omnes, quantoscunque, nihili faciant, dum modo ſpes, ſaltem aliqua, quantumvis dubia, affulgeat, fore, ut vehementior curatio vitam ſervet, ſanitatemque utcunque reſtituat, uno verbo, qui dubiam ſpem certa deſperatione potiorem putent. Ad propoſitum igitur noſtrum §. I. propius accedimus. Quod dum facimus, a conſilio noſtro alienum eſt, curioſius perqui-

a) CELSVS *de re medica* Lib. VII. *Praefat.* Interea tamen fortiſſimos quoque Chirurgos contremiſcere fatetur DIONIS, *Cours d'Operations de Chirurgie &c. Neuvieme demonſtr.* hisce verbis: De toutes les Operations celle qui fait le plus d'horreur, c'eſt l'amputation d'une cuiſſe, d'une jambe, ou d'un bras. Quand l'on eſt prêt de ſeparer une partie de ſon tout, & que l'on fait reflexion ſur les moyens cruels, dont on va ſe ſervir, il n'y a point de Chirurgien, qui ne tremble, & qui ne compatiſſe au malheur du pauvre patient, qui ſe trouve dans la fatale neceſſité d'etre privé d'une des parties de ſon corps pour toute ſa vie. Et alibi ait: Cette Operation devroit plûtôt etre faite par un boucher, que par un Chirurgien.

perquirere veterum Medicorum monumenta atque indagare, quisnam ex antiquis viris fuerit, qui vehementem illam curationem, qua membrum quoddam maius a reliquo corpore resecari solet, omnium primus adhibere ausus sit. Silentio tamen praeterire non possumus, homines haud dubie ex eo de hac efficaciori chirurgia cogitasse, cum vidissent, vulneratos in sanitatem aliquando restitui, quamuis partem aliquam maiorem a reliquo corpore vis quaecunque extrinsecus illata avulserat. Neque de accurata expositione omnium modorum, quibus a primis artis incunabulis ad hunc usque diem in praecidendis membris usi fuerint artis periti, magnopere solliciti sumus, eosque, qui de varia methodo membra amputandi instrui cupiunt, ad Auctores ablegamus *a*). Neque omnino istiusmodi disputationem instituimus, quae omnia ita subtiliter persequatur, ut nihil relinquat intactum, quod quacunque ratione locum de amputatione membrorum attingere queat. Haud plura, quam quibus carere non commode poterimus, dicemus, de quamplurimis, tanquam vulgo cognitis, locuturi. Quod profecto fieri non aliter potest, si particulam quamlibet, a caeteris disciplinarum partibus avulsam, sumimus pertractandam, neque in vulgus nota cumulando lectoribus fastidium creare volumus. Caeterum eos, qui scholarum subtilitati, quam nosmet ipsi nunquam

a) Vid. *Memoires de l'Academie des Sciences année 1737.* IO. ZACH. PLATNERI *Instit. Chirurg. vat. Cap. de Amputatione membrorum.* HEISTERI *Instit. Chirurg. Cap. de Amputatione.*

Chirurgi, quem, vt recte ait CELSVS *a*), immiſericordem eſſe decet, animum depoſuiſſe videamur; valere iuſſis triſtiſſimis illis cogitationibus, homines ad animum revocemus, pauciores illos, qui his duobus, de quibus §. IV. diximus, quodam modo ſimiles ſint, & partim inſuperabili vivendi cupidine, aut inſolita animi magnitudine, erecti ac ſuſtentati, partim religionis vinculo adducti, aliisve rationibus moralibus compulſi atque coacti, dolores omnes, quantoscunque, nihili faciant, dum modo ſpes, ſaltem aliqua, quantumvis dubia, affulgeat, fore, ut vehementior curatio vitam ſervet, ſanitatemque utcunque reſtituat, uno verbo, qui dubiam ſpem certa deſperatione potiorem putent. Ad propoſitum igitur noſtrum §. I. propius accedimus. Quod dum facimus, a conſilio noſtro alienum eſt, curioſius perqui-

a) CELSVS *de re medica* Lib. VII. *Praefat.* Interea tamen fortiſſimos quoque Chirurgos contremiſcere fatetur DIONIS, *Cours d'Operations de Chirurgie &c. Neuvieme demonſtr.* hisce verbis: De toutes les Operations celle qui fait le plus d'horreur, c'eſt l'amputation d'une cuiſſe, d'une jambe, ou d'un bras. Quand l'on eſt prêt de ſeparer une partie de ſon tout, & que l'on fait reflexion ſur les moyens cruels, dont on va ſe ſervir, il n'y a point de Chirurgien, qui ne tremble, & qui ne compatiſſe au malheur du pauvre patient, qui ſe trouve dans la fatale neceſſité d'etre privé d'une des parties de ſon corps pour toute ſa vie. Et alibi ait: Cette Operation devroit plûtôt etre faite par un boucher, que par un Chirurgien.

perquirere veterum Medicorum monumenta atque indagare, quisnam ex antiquis viris fuerit, qui vehementem illam curationem, qua membrum quoddam maius a reliquo corpore resecari solet, omnium primus adhibere ausus sit. Silentio tamen praeterire non possumus, homines haud dubie ex eo de hac efficaciori chirurgia cogitasse, cum vidissent, vulneratos in sanitatem aliquando restitui, quamuis partem aliquam maiorem a reliquo corpore vis quaecunque extrinsecus illata avulserat. Neque de accurata expositione omnium modorum, quibus a primis artis incunabulis ad hunc usque diem in praecidendis membris usi fuerint artis periti, magnopere solliciti sumus, eosque, qui de varia methodo membra amputandi instrui cupiunt, ad Auctores ablegamus *a*). Neque omnino istiusmodi disputationem instituimus, quae omnia ita subtiliter persequatur, ut nihil relinquat intactum, quod quacunque ratione locum de amputatione membrorum attingere queat. Haud plura, quam quibus carere non commode poterimus, dicemus, de quamplurimis, tanquam vulgo cognitis, locuturi. Quod profecto fieri non aliter potest, si particulam quamlibet, a caeteris disciplinarum partibus avulsam, sumimus pertractandam, neque in vulgus nota cumulando lectoribus fastidium creare volumus. Caeterum eos, qui scholarum subtilitati, quam nosmet ipsi nunquam

a) Vid. *Memoires de l'Academie des Sciences année 1737.* IO. ZACH. PLATNERI *Instit. Chirurg. rat. Cap. de Amputatione membrorum.* HEISTERI *Instit. Chirurg. Cap. de Amputatione.*

non permagni fecimus, addicti ſunt, etiam atque etiam vehementer rogatos volumus, ut, ſi quid minus recte minusque ſubtiliter a nobis dictum ſit, nos ob tot tantasque occupationes habeant excuſatos. Quod nos etiam ſperamus ab iis eſſe impetraturos, qui non ignorant illud CELSI: *Morbos non eloquentia, ſed remediis curari.*

§. VI.

Cum igitur in eo ſimus, ut, quae §. I. propoſuimus, plenius doceamus; ante omnia noſcenda ſunt mala, quae membrorum reſectionem neceſſariam facere exiſtimantur. Quae quidem fere ſunt: Primo, gangraena & ſphacelus, quibus membrum quoddam ad oſſa usque corruptum videtur. Secundo, ſi membrum aliquod a cauſa ſubitanea quacunque demum ita laceratum atque diffractum eſt, ut gangraenae, peſſimorum ſymptomatum, indeque metuendae mortis metus oriatur. Tertio, ſi ingens ſugillatio artus occupavit, atque ſubtus oſſa ſimul vehementius colliſa ſunt. Quarto, ſi maiores vaſorum, ſanguinem artubus advehentium, trunci diſciſſi ſunt, neque ſanguinis profuſio aliis remediis ſiſti poſſe videtur, aut ſi inde fit, ut membro pereat omnis calor virtusque vitalis. Quinto, ſi artuum oſſa carie valde corrupta ſunt, & immedicabilia videntur. Tandem ſexto partes quaecunque, peſſimo illo mali genere, quod carcinoma Graeci nominant, aut iam affectae, aut ex ſcirrho paulo poſt afficiendae, abſcindi quoque ſolent. De quibus quidem malorum generibus plura pauciorave dicemus, prout plura pauciorave curationum exempla pleniorem ma-

teriem

teriem dicendi ſuppeditabunt, aut omnino animum ſcribenti addent. Etenim is, qui curationem quamcunque, ſive ea anceps, ſive terroris plena ſit, reiicere audet, neceſſe habet, aliam, eandemque commodiorem, medendi viam oſtendere. Scriptionis igitur meae ſumma fere eo continebitur, ut deſcribam methodum malis illis medendi, qua in noſocomiis caſtrenſibus noſtris haud infeliciter hactenus ingreſſi ſumus. Quam quidem deſcriptionem ſpero non paucis admodum gratam futuram eſſe. Huic ſubinde interſeram obſervationes aliquot paucioresque rationes, quae eo me deduxerunt, ut de membrorum amputatione fere male exiſtimem. Dicendi rationem paulo ſolutiorem excuſabunt candidi lectores §. V.

§. VII.

Cum igitur nos & univerſim & ſingulatim membrorum, gangraena & ſphacelo affectorum, amputationem parum probamus; primo medicamenta & foris & intus adhibenda &, univerſam curandi rationem, quae nobis ſaepiſſime bene ceſſit, cum lectore benevolo communicabimus (§. VI.). Unusquisque autem, cum medicamentorum intus aſſumendorum mentionem, a nobis factam, legerit, haud dubie cupiet diſcere, quid nos, quibus admodum frequens opportunitas, corticis Peruviani vires, tantopere hodie laudatas, experiundi fuit, de utilitate nobiliſſimi huius medicamenti ſentiamus. Scire igitur licet, nos per numeroſiſſimas curationes gangraenae & ſphaceli eo deductos eſſe, ut cortici iſti vim ſingularem, ſeu ut loqui Medici ſolent, virtutem ſpecificam adverſus mala illa tribuamus.

non permagni fecimus, addicti ſunt, etiam atque etiam vehementer rogatos volumus, ut, ſi quid minus recte minusque ſubtiliter a nobis dictum ſit, nos ob tot tantasque occupationes habeant excuſatos. Quod nos etiam ſperamus ab iis eſſe impetraturos, qui non ignorant illud CELSI: *Morbos non eloquentia, ſed remediis curari.*

§. VI.

Cum igitur in eo ſimus, ut, quae §. I. propoſuimus, plenius doceamus; ante omnia noſcenda ſunt mala, quae membrorum reſectionem neceſſariam facere exiſtimantur. Quae quidem fere ſunt: Primo, gangraena & ſphacelus, quibus membrum quoddam ad oſſa usque corruptum videtur. Secundo, ſi membrum aliquod a cauſa ſubitanea quacunque demum ita laceratum atque diffractum eſt, ut gangraenae, peſſimorum ſymptomatum, indeque metuendae mortis metus oriatur. Tertio, ſi ingens ſugillatio artus occupavit, atque ſubtus oſſa ſimul vehementius colliſa ſunt. Quarto, ſi maiores vaſorum, ſanguinem artubus advehentium, trunci diſciſſi ſunt, neque ſanguinis profuſio aliis remediis ſiſti poſſe videtur, aut ſi inde fit, ut membro pereat omnis calor virtusque vitalis. Quinto, ſi artuum oſſa carie valde corrupta ſunt, & immedicabilia videntur. Tandem ſexto partes quaecunque, peſſimo illo mali genere, quod carcinoma Graeci nominant, aut iam affectae, aut ex ſcirrho paulo poſt afficiendae, abſcindi quoque ſolent. De quibus quidem malorum generibus plura pauciorave dicemus, prout plura pauciorave curationum exempla pleniorem materiem

teriem dicendi ſuppeditabunt, aut omnino animum ſcribenti addent. Etenim is, qui curationem quamcunque, ſive ea anceps, ſive terroris plena ſit, reiicere audet, neceſſe habet, aliam, eandemque commodiorem, medendi viam oſtendere. Scriptionis igitur meae ſumma fere eo continebitur, ut deſcribam methodum malis illis medendi, qua in noſocomiis caſtrenſibus noſtris haud infeliciter hactenus ingreſſi ſumus. Quam quidem deſcriptionem ſpero non paucis admodum gratam futuram eſſe. Huic ſubinde interſeram obſervationes aliquot paucioresque rationes, quae eo me deduxerunt, ut de membrorum amputatione fere male exiſtimem. Dicendi rationem paulo ſolutiorem excuſabunt candidi lectores §. V.

§. VII.

Cum igitur nos & univerſim & ſingulatim membrorum, gangraena & ſphacelo affectorum, amputationem parum probamus; primo medicamenta & foris & intus adhibenda &, univerſam curandi rationem, quae nobis ſaepiſſime bene ceſſit, cum lectore benevolo communicabimus (§. VI.). Unusquisque autem, cum medicamentorum intus aſſumendorum mentionem, a nobis factam, legerit, haud dubie cupiet diſcere, quid nos, quibus admodum frequens opportunitas, corticis Peruviani vires, tantopere hodie laudatas, experiundi fuit, de utilitate nobiliſſimi huius medicamenti ſentiamus. Scire igitur licet, nos per numeroſiſſimas curationes gangraenae & ſphaceli eo deductos eſſe, ut cortici iſti vim ſingularem, ſeu ut loqui Medici ſolent, virtutem ſpecificam adverſus mala illa tribuamus.

Equidem haud ignoro, medicamentum hoc tantummodo adverſus iſtud ſphaceli genus, quod ex imbecillitate oritur, a quamplurimis medentibus commendari laudarique. Ex viris etiam rerum chirurgicarum admodum peritis audivimus, corticis eius uſum poſt nobilem illam pugnam, quae haud procul a Francofurto ad Moenum, prope pagum, quem *Dettingen* vocant, nuper pugnata eſt, in vulneratis & gangraena & ſphacelo affectis militibus ſalutarem non fuiſſe. Verum fortaſſe curatio reliqua, tum intus, cum extrinſecus ſimul adhibenda, vires corticis intus dati non, uti debebat, adiuvit. Quae ſi dextre ſimul adhibetur, corticis uſus admodum proficuus eſt. Neque dubitamus, quin omnes, qui claros expertosque viros, PRINGLE, DICKINGS, WADE, CHESELDEN, DOUGLASS, ROSHWORTH, AMYAND, SHIPTON, aliosque ſequi velint, corticis uſum in debellanda gangraena & ſphacelo admodum efficacem eſſe comperiant. Nolumus tamen ita prorſus corticem tanquam ſolum & unicum medicamentum, intus adverſus gangraenam & ſphacelum aſſumendum, commendare, ut potius credamus, ex caeteris medicamentis amaris quaedam ſubinde recte dari poſſe. Interea ſilentio praeterire non poſſumus, virtutem corticis Peruviani prorſus eam eſſe, quam CELSVS iam in rebus adverſus gangraenam dandis deſiderat. *Danda*, inquit, *ſunt, quae per cibum potionemque alvum, ideoque etiam corpus adſtringant, ſed ea levia* a). Sed haec a Medicis requiri ſolent. Qua autem ratione cortex dari debeat, docebimus, poſteaquam de curatione, extrinſecus adhibenda, dixerimus.

§. VIII.

a) Vid. CELSVS Lib. V. C. 26.

§. VIII.

Ubicunque igitur gangraena & ſphacelus partem corporis aliquam tenet, ſive vitium id a cauſa extrinſecus laedente originem ſuam traxerit, ſive intus ortum foras eruperit, quemadmodum fieri ſolet, ſi quem ſcorbutus, aqua intercus, aut quaevis humorum acrimonia praevaleſcens, aut malum illud panaritii genus, peſſime habet, aut ſi quis ſenio enectus in extremis artubus paulatim quaſi emoritur: protinus partibus affectis ſuccurri debet. Quam ob rem partes ipſae, putredine corruptae, aut cruſta dura obductae, ſine ulla mora concidendae ſunt, ut & corruptis humoribus exitus detur, & medicamenta melius altiusque penetrare poſſint. Facimus igitur plagas longiores atque eius modi, quae non modo eum, quem gangraena ſphacelusve prorſus tenet, locum feriant, verum quae ad vicinas quoque partes, ad quas plenaria corruptio, brevi interiecta mora, tranſitura videtur, pertingant. Faciendae autem ſunt plagae plures in toto affecto loco, ſic ut, quoad eius per vaſorum nervorumque maiorum itinera fieri poteſt, plagae non ultra digitum transverſum ab ſe invicem diſtent. Porro ſemper ad ſanum corpus usque incidendum eſt, adeo ut ſi os ſubeſt, idque ipſum aut laeſum aut vitioſum eſt, plagae per ipſum perioſteum ad os deſcendant, & os nudetur. Plagae etiam fieri ita debent, ut iuxta iter plerarumque fibrarum muſcularium dirigantur, cum eo tamen, ut, ſi muſculos gaſtrocnemios, glutaeos, aut deltoidem glans plumbea, ex ſclopeto proiecta, vulneravit, hi ipſi muſculi transverſe diſſecentur; id enim niſi fit, ſpasmi varii, maxime cynicus, nervos diſtendere ſolent. Plu-

rimae

rimae aponeuroſes, praecipue faſciae latae, muſculi bicipitis in brachio, transverſim recte diſſecantur; verum tamen ſi plagae longiores & admodum magnae & multae fiunt, ſectiones transverſae aponevroſeon fere ſupervacuae ſunt, & ſolae longae harum nervoſarum membranarum intentionem iam ſatis relaxant. Neque tendinibus parcendum eſt, verum eos audacter & transverſim quidem praecidi oportet. Si vulnus aut vitium quodvis circa membrorum articulos eſt, ligamenta quoque alte lateque perfodimus. Facile autem intelligitur, plagas eas ipſas differre inter ſeſe debere tum longitudine, cum altitudine. Scilicet in ea affectae partis regione, vbi malum ſe latius diffundit, plagae fiunt maiores, alibi vero breviores; utraeque autem, tum maiores, cum breviores, verſus extremas ſuas partes plus minusve alte, in ea vero parte, ubi malum coepit maximaque corruptio eſt, omnium altiſſime ad interiora deſcendere debent. Pari modo & plagarum numerus alius aliusve, earumque vicinitas alia atque alia, eſſe debet, prout vitium plus minusve efficacem deſiderat, adeo ut modo tres, modo quatuor, modo ſex, modo octo vulnera faciat prudens Chirurgus. Quisque autem per ſe intelligit, in hac efficaci chirurgia non nimis feſtinanter, ſed ita agendum eſſe, ut, ſi, quousque malum deſcenderit, parum ſcimus, vulnera primo non nimis alte, deinde vero, ubi non dum ad ſanum usque corpus pervenerint, altius imprimantur.

§. IX.

Factis his vulneribus curioſius perveſtigare decet, quantum ſphacelo ſideratam ac putredine prorſus corru-

corruptum ſit, ſic ut ad ſanitatem perduci nullo modo poſſe videatur. Id quod partim ex foedo odore, partim ex colore mutato, ex abſentia ſenſus, denique colligitur. Omne autem id, quodcunque penitus corruptum eſt, protinus ab ea parte, quae ſanitatem recipere poſſe videtur, ſcalpello acuto ad eum modum ſeparari debet, quemadmodum in adminiſtrationibus anatomicis partes molliores a ſe invicem ſeparantur & quaſi excorporantur. Quod fieri non aliter poteſt, quam ſic, ut partes abiiciendae, quaecunque eae demum ſint, transverſim diſſecentur. Id quod neque ullam partibus plane emortuis afferre noxam poteſt. Eſt tamen ea moderatio adhibenda, ut ne eas, quas vitium quidem quodammodo attigit, ſed nondum prorſus ſideravit, partes deglubamus; ſed pedetentim ac ſuſpenſa manu ſolas penitus corruptas a ſano corpore ſeparemus. Siquidem non raro evenit, ut, quae quoddam quaſi initium corruptionis contraxerant, partes, perfecta plane emortui ſeparatione medicamentisque tum intus aſſumtis, cum foris adhibitis, opinione citius, virtutem vitalem recipiant. Interea vero etiam, quae vaſa ſanguinem vehentia, qui nervi inſigniores per eas, quas incidimus atque ſeparamus, partes hinc inde discurrant, diligenter conſiderandum eſt, ac ſumma cura cavendum, ne arteriae venaeve maiores aut nervorum trunci praecidantur. Quam ob rem aut enitendum eſt, ut partes putridas, quibus vaſa illa cinguntur, curioſius deglubamus; aut etiam aliquid corrupti circum circa relinquendum eſt, eiusdemque ſeparatio futurae curationi committenda, quae adhibitis etiam medicamentis paulo poſt inſequi ſolet. Fere autem inter ipſas

illas, quae ad ſatis magnum putredinis gradum pervenerunt, partes reperiri ſolent vaſa, quae quandam adhuc retineant integritatem. Sic, ut exemplis his utamur, in brachio, in cubito, circa articulum cubiti, circa carpum, atque etiam in artubus inferioribus, inter partes deglubendas haud dubie invenies vaſa, quodam modo adhuc integra, quamvis neceſſe fuerit, membrum ad oſſa usque concidere. Horum autem vaſorum beneficio humorumque per ea motu virtus vitalis redit, partesque quodam modo vitiatae in integrum reſtituuntur. Quare non maiora ſolum, ſed minora etiam, ſi quae non prorſus fragilia occurrunt, vaſcula conſervari debent. Atque id ipſum eſt, quapropter plagas illas, non prout ſors fert, ſed habito curioſo delectu, in aliis aliisve locis, in hac vel alia propinquitate, & in linea potiſſimum recta faciendas eſſe praecepimus. Haec autem omnia ſi ita, uti praecepimus, Chirurgus exequetur, non incurret in reprehenſionem PLATNERI, qui *cruſtam excidere, vel vi a vivo diducere vetat, quoniam cruenta ſectione nova ſubinde inflammatio creatur* a). Nos enim neque ullam vim, neque cruentam ſectionem, probavimus, dum iſtud genus deglubendi explicavimus.

§. X.

Poſteaquam haec (§. IX.) facta ſunt, humor corruptus, ſi quis ſubeſt, leniter exprimendus eſt & linteo panno molliori detergendus. Deinde ſi in vexatis, contuſis & colliſis fragmenta oſſea a reliquo oſſe ita ſeparata ſunt, ut ſpes nulla ſit, ea rurſus cum oſſe glutinari poſſe,

a) Vid. *Io. Zach.* PLATNERI *Inſtit. Chirurg.* §. 210.

poſſe, ſique ea vel digitis, vel ferramentis exemta ſunt, dum ſcilicet & ſcalpello, & eo inſtrumento, quod figuram folii myrti habet, partes oſſi vicinas latius diduximus; porro quoque ſi in vulneribus oſſium partes earum quaedam carie exeſae aut quacunque ratione vitiatae apparent; aut ſi omnino neceſſe fuit, ad oſſa usque plagas altas imprimere; etſi in omnibus his caſibus ſatis ſanguinis ex partibus non prorſus corruptis erupit: tunc & oſſibus, & partibus mollioribus ſemicorruptis, & toti parti affectae medicamentis idoneis, extrinſecus adhibendis, ſuccurri debet. Oſſibus tum plane detectis, tum ſolo perioſteo contectis, medemur, infuſo in plagas illas altas medicamento quod habet, Olibani, Maſtichis, Sarcocollae, Myrrhae, veri balſami Peruviani, veri olei ex caryophyllis aromaticis deſtillati, pares portiones, & balſami Fioravanti tantum, quantum ſatis eſt, ut illa omnia ſupra lenem ignem in linimentum liquidius coëant. Arida vero illa diligentiſſime antea conteri debent. Hoc igitur linimentum concalefactum in plagas illas liberaliter infundi oportet, ſic ut oſſa nudata ab eo alluantur. Neque in his caſibus tantum, ſed ubicunque oſſibus vitiatis opitulandum eſt, compoſitio haec multum boni praeſtat. Partes oſſeae, balſamo hoc conditae, ſiccis linamentis contegendae ſunt. Supra linamenta ea in plagas illas partium molliorum inſpergitur aridum medicamentum, quod conſtat ex myrrhae ſubtiliſſime tritae uncia una, ſalis ammoniaci uncia dimidia, camphorae drachma una, nitri tantundem, quae conteruntur miſcenturque. Atque hic quidem pulvis inſpergitur liberaliter & ſic, ut primum pulveris ſtratum ſiccis linamen-

illas, quae ad ſatis magnum putredinis gradum pervenerunt, partes reperiri ſolent vaſa, quae quandam adhuc retineant integritatem. Sic, ut exemplis his utamur, in brachio, in cubito, circa articulum cubiti, circa carpum, atque etiam in artubus inferioribus, inter partes deglubendas haud dubie invenies vaſa, quodam modo adhuc integra, quamvis neceſſe fuerit, membrum ad oſſa usque concidere. Horum autem vaſorum beneficio humorumque per ea motu virtus vitalis redit, partesque quodam modo vitiatae in integrum reſtituuntur. Quare non maiora ſolum, ſed minora etiam, ſi quae non prorſus fragilia occurrunt, vaſcula conſervari debent. Atque id ipſum eſt, quapropter plagas illas, non prout ſors fert, ſed habito curioſo delectu, in aliis aliisve locis, in hac vel alia propinquitate, & in linea potiſſimum recta faciendas eſſe praecepimus. Haec autem omnia ſi ita, uti praecepimus, Chirurgus exequetur, non incurret in reprehenſionem PLATNERI, qui *cruſtam excidere, vel vi a vivo diducere vetat, quoniam cruenta ſectione nova ſubinde inflammatio creatur* a). Nos enim neque ullam vim, neque cruentam ſectionem, probavimus, dum iſtud genus deglubendi explicavimus.

§. X.

Poſteaquam haec (§. IX.) facta ſunt, humor corruptus, ſi quis ſubeſt, leniter exprimendus eſt & linteo panno molliori detergendus. Deinde ſi in vexatis, contuſis & colliſis fragmenta oſſea a reliquo oſſe ita ſeparata ſunt, ut ſpes nulla ſit, ea rurſus cum oſſe glutinari poſſe,

a) Vid. *Io. Zach.* PLATNERI *Inſtit. Chirurg.* §. 210.

poſſe, ſique ea vel digitis, vel ferramentis exemta ſunt, dum ſcilicet & ſcalpello, & eo inſtrumento, quod figuram folii myrti habet, partes oſſi vicinas latius diduximus; porro quoque ſi in vulneribus oſſium partes earum quaedam carie exeſae aut quacunque ratione vitiatae apparent; aut ſi omnino neceſſe fuit, ad oſſa usque plagas altas imprimere; etſi in omnibus his caſibus ſatis ſanguinis ex partibus non prorſus corruptis erupit: tunc & oſſibus, & partibus mollioribus ſemicorruptis, & toti parti affectae medicamentis idoneis, extrinſecus adhibendis, ſuccurri debet. Oſſibus tum plane detectis, tum ſolo perioſteo contectis, medemur, infuſo in plagas illas altas medicamento quod habet, Olibani, Maſtichis, Sarcocollae, Myrrhae, veri balſami Peruviani, veri olei ex caryophyllis aromaticis deſtillati, pares portiones, & balſami Fioravanti tantum, quantum ſatis eſt, ut illa omnia ſupra lenem ignem in linimentum liquidius coëant. Arida vero illa diligentiſime antea conteri debent. Hoc igitur linimentum concalefactum in plagas illas liberaliter infundi oportet, ſic ut oſſa nudata ab eo alluantur. Neque in his caſibus tantum, ſed ubicunque oſſibus vitiatis opitulandum eſt, compoſitio haec multum boni praeſtat. Partes oſſeae, balſamo hoc conditae, ſiccis linamentis contegendae ſunt. Supra linamenta ea in plagas illas partium molliorum inſpergitur aridum medicamentum, quod conſtat ex myrrhae ſubtiliſſime tritae uncia una, ſalis ammoniaci uncia dimidia, camphorae drachma una, nitri tantundem, quae conteruntur miſcenturque. Atque hic quidem pulvis inſpergitur liberaliter & ſic, ut primum pulveris ſtratum ſiccis linamen-

tis contegatur, deinde iterum ex pulvere inſpergatur, idque rurſus linamentis ſiccis contegatur, & ſic porro fiat ex pulvere & linamentis, invicem impoſitis, ſtratum ſupra ſtratum, ut vocant Chemici, donec omnes plagae ad ſummam usque partem impletae ſint.

§. XI.

Sin os neque vitiatum, neque quocunque modo laeſum, neque ipſum, aut eius perioſteum per vulnera Chirurgi nudatum eſt, balſamum illud, oſſibus dicatum, non adhibendum eſt, ſed ſolummodo pulvis, de quo ſupra diximus, eodem uti §. praeced. modo, una cum ſiccis linamentis, per plagas a Chirurgo factas ſpargi debet.

§. XII.

Plagis omnibus utrolibet modo (§§. X. XI.) bene nutritis, neceſſe eſt, ut non modo tota ſuperficies partis affectae dicto (§. X.) illo pulvere conſpergatur, verum etiam ut ipſae partes vicinae adhuc integrae eodem, quo alias fieri ſolet, modo ſcarificentur, & facta vulnuscula eo ipſo pulvere nutriantur, tandemque omnia loca, tum vbi maiora illa, tum ubi minora haec vulnera Chirurgus inflixit, oleo ex reſina terebinthina deſtillato perfundantur. Tum vero membrum ita curatum linteo panno ſimplici, hoc eſt, non complicato, laxius circumcirca obvolvi, calidisque fomentis, quam aſſiduiſſime, interdiu & noctu ſuperimpoſitis, foveri debet.

§. XIII.

Atque ſi hac, non alia, via medendi (§§. X. XI. XII.)

XII.) ingrediemur, tum demum fomentationes illas, quas & veteres & recentiores Auctores laudaverunt, utiles & efficaces eſſe comperiemus. Chirurgus autem ſolis compoſitionibus contentus eſſe poterit, quas HEISTERVS magna cura collegit, & in utiliſſimo libro chirurgico, quem omnes norunt, eiusque capite de gangraena & ſphacelo deſcripſit. Ex his igitur alias aliasve facile eliget ille, qui facultates medicamentorum cognitas & morbum aegroti, quem curat, perſpectum habet. Ita, ut exemplis quibusdam utamur, fomentatio, quae conſtat ex aquae calcis vivae libra una, ſpiritus vini camphorati unciis tribus, & ſalis ammoniaci uncia vel dimidia vel integra, in eo gangraenae & ſphaceli genere, quod vehementiorem inflammationem inſequitur, plurimum boni praeſtat, & partes gangraenoſis vicinas inflammatasque in melius transducit. Idem etiam praeſtat fomentum, quod fit ex balſamo vitae externo, hoc eſt, ſapone Veneto, ſale tartari & oleo terebinthinae, calcis vivae aqua ſolutis dilutisque; item cataplasmata, quae ex ſic dictis *ſpeciebus pro Cataplasmate* fiunt, dum haec ex aqua coquuntur, debitaque ſaponis Veneti & croci orientalis copia condiuntur.

Sin alibi nulla vehementior inflammatio praeceſſit, & nihilo minus tamen loca, ſphacelo ſideratis ſimilia, putredinis gradus varius, partes affectae praetumidae & in corruptionem proclives, animadvertuntur, id quod in vulneratis, in iis, quos aqua intercus male habet, in tumoribus oedematoſis, in ſenio confectis, & ubique, ubi malum magis languorem, quam vehementiam motuum vitalium conſequitur, fieri ſolet; fomentatio-

tationes ſequentes magis idoneae ſunt: Scilicet ſumuntur Scordium, abſinthium, abrotanum, ruta recens, ſingulorum manipuli duo, Chamomillae florum manipulus, eaque ex aqua aliquandiu coquuntur, donec decoctionis librae duae ſuperſint, quibus adiici debent ſpiritus theriacalis unciae quatuor, ſaponis Veneti unciae duae, ſalis foſſilis, ſeu gemmae, uncia dimidia aut aliquando etiam uncia integra. Aut fomentum, quod ex his fit: Scordii, rutae, abſinthii, matricariae herbae, ſingulorum manipuli duo; menthae, abrotani, ſingulorum manipulus, quae ex oxycrato coquuntur, ut decoctionis libras quatuor habeamus; quibus & ſalis foſſilis uncia dimidia & ſpiritus theriacalis unciae duae, tres, quatuorve admiſceri debent. Item fomentum, in quo ſunt globulorum martialium unciae duae *a*), ſalis ammoniaci uncia una, aquae purae ſextarii octo, quibus inter ſeſe commixtis ſolutisque affunduntur duo ſextarii Spiritus vini rectificati. Aut id, quod habet, aluminis crudi, vitrioli albi, ſingulorum uncias duas cum drachmis duabus, ſpumae argenti, myrrhae, ſingulorum unciam unam, gallarum Turcicarum uncias duas,

a) Quia veremur, ne non omnibus nota ſit compoſitio haec, eam adiicimus. Habet autem ferri ſcobis partem unam, tartari albi partes duas; quae conteruntur; contritis affunditur Spiritus vini Gallicus ad eminentiam digiti transverſi. Humor ad ſiccitatem usque igne expellitur. Iterum affunditur ſpiritus tantumdem, iterumque expellitur, idque toties fit, donec maſſa exſiccata apparet quaſi reſinoſa. Ex qua formantur globuli ovo gallinaceo fere aequales.

duas, baccarum & iuniperi & lauri, ſingulorum unciam unam, ſabinae, rutae, ſingulorum pugillos tres, quercus foliorum manipulum unum cum dimidio, aeruginis unciam dimidiam, camphorae drachmas duas, lapidis calaminaris drachmas ſex, quorum contritorum commixtorumque unciae duae ex aquae ſextariis quatuor, aut ex aceti ſextariis duobus totidemque ſextariis aquae purae percoquuntur *a*).

At fomenta, quae habent aut ſpiritus vini Gallici uncias tres, myrrhae in tenuem pulverem contritae, & aloes, ſingularum unciam dimidiam, unguenti Aegyptiaci drachmas tres; aut ſcordii decoctionis vinoſae uncias duodecim, aceti cum ruta, & aceti cum roſa, ſingulorum uncias quatuor, ſpiritus theriacalis uncias tres, ſalis ammoniaci unciam unam; aut aquae calcis vivae ſextarios quatuor, ſpiritus theriacalis vel etiam matricalis ſextarios duos, aceti vini ſextarium unum, elixirii proprietatis uncias ſex, unguenti Aegyptiaci uncias duas; aut aquae cum floribus ſambuci decoctae uncias decem, vini cuiuslibet uncias octo, aceti cum lilio convallium uncias tres, ſpiritus vini cum camphora, ſpiritus theriacalis vel etiam matricalis, ſingulorum uncias duas, ſpiritus acidi ex ſale communi drachmas duas; ſuperimpoſita ipſis partibus corruptis, earum putredinem coërcent, partes nondum penitus corruptas ad ſanitatem perducunt, easdemque ſtimulant, ut id, quod penitiſſime corruptum eſt, ab eo, quod integrum eſt, facilius citiusque ſolvant.

Deni-

a) Hanc compoſitionem vocare ſolent *Species pro decocto nigro.*

Denique fomentationes, quae fiunt ex ſcordii manipulis duobus, malvae manipulo uno, althaeae pari portione, lavendulae florum manipulo dimidio, lini ſeminis farinae unciis tribus, ſaponis Veneti unciis duabus, ſalis ammoniaci totidem unciis, olei ex lini ſemine expreſſi uncia una, cum haec vel ex aqua & aceto, vel ex oxycrato, coquuntur, ut cataplasmatis temperaturam habeant, molliendo proſunt, cruſtasque ſolvunt, & ſuppurationem adiuvant.

De omnibus autem his fomentationum generibus id tenendum eſt, eas, quae molliendi facultatem habent, idoneas eſſe, ſi cruſtae durae & ſiccae omnia ſtrangulant; cum acidis vero liberaliter commixtas prodeſſe valde putridis; has denique, quae multum ſpirituoſi aut ſalis, aut medicamenti roborantis habent, aptiores eſſe, ſi tumor mollior & totum corpus plenum eſt humidumque.

§. XIV.

Uſus autem aſſiduus harum fomentationum poſt quodque horarum duodecim intervallum partes gangraena ſphaceloque affectas in melius mutabit. Atque, hoc ipſo tempore elapſo, pars affecta a pulvere illo linamentisque in plagas immiſſis liberanda erit, & quidquid ex partibus putridis corruptisque ſolutum videbitur, extrahendum abiiciendumque. Quo quidem facto, omnia illa, quae §§. X. XI. XII. praecepimus, iterum iterumque & aſſiduo fieri debent. Poſt tertium quartumve intervallum horarum duodecim iam pus bonae notae apparere ſolet, ſanationemque promittere. Neque tum alia re opus erit, niſi ut cortex Peruvianus

nus intus assumatur, & membrum affectum extrinsecus recte curetur.

§. XV.

Quod usum corticis huius attinet, is vel per se, vel cum succo baccarum sambuci igne inspissato, quem Roob vulgo nominant, aut cum Syrupo cydoniorum, cinnamomi, aurantiorum, aliisque cardiacis, in formam electuarii coactus, dari potest. At si cortex alvum deiicit, usus eius per se omittendus est, dandumque ex eo factum extractum, vel infusum quoque. Si vehemens febris est, si magnus calor hominem extorret, si sitis urget, cortex inutilis est, dandaque sunt, quae febrem minuunt, quae refrigerandi facultatem habent, qualia fere sunt, quae vulgo temperantia vocari solent. Ubi vero corticem proficuum fore putamus, is pro varia conditione mali & aegrotantis primum omni hora, deinde omni bihorio, tum post tres quatuorve horas, ad drachmam dimidiam aut scrupulos duos sumi debet. Tumque praebio cuique adiici possunt aut aliquot guttulae spiritus salis communis, vel olei vitrioli glacialis, aut aliquot grana aluminis crudi vel terrae dictae Iaponicae *a*). Quibus omnibus in magna aegrotantis imbecillitate iungi potest haustus vini ex genere acidorum. Perspirationem utplurimum recte augemus infuso tenui eoque fervido florum chamomillae, quod etiam *clar.* PRINGLE, Medicum Britannum, probasse legimus *b*).

a) Id quod etiam *cl.* WALL probat; de quo vid. *Sammlungen verschiedener die Fieberrinde betreffender Abhandlungen &c. S. 104. u. folgg.*

b) Vid. periti huius viri *Versuche von den Feldkrankheiten.*

Denique fomentationes, quae fiunt ex ſcordii manipulis duobus, malvae manipulo uno, althaeae pari portione, lavendulae florum manipulo dimidio, lini ſeminis farinae unciis tribus, ſaponis Veneti unciis duabus, ſalis ammoniaci totidem unciis, olei ex lini ſemine expreſſi uncia una, cum haec vel ex aqua & aceto, vel ex oxycrato, coquuntur, ut cataplasmatis temperaturam habeant, molliendo proſunt, cruſtasque ſolvunt, & ſuppurationem adiuvant.

De omnibus autem his fomentationum generibus id tenendum eſt, eas, quae molliendi facultatem habent, idoneas eſſe, ſi cruſtae durae & ſiccae omnia ſtrangulant; cum acidis vero liberaliter commixtas prodeſſe valde putridis; has denique, quae multum ſpirituoſi aut ſalis, aut medicamenti roborantis habent, aptiores eſſe, ſi tumor mollior & totum corpus plenum eſt humidumque.

§. XIV.

Uſus autem aſſiduus harum fomentationum poſt quodque horarum duodecim intervallum partes gangraena ſphaceloque affectas in melius mutabit. Atque, hoc ipſo tempore elapſo, pars affecta a pulvere illo linamentisque in plagas immiſſis liberanda erit, & quidquid ex partibus putridis corruptisque ſolutum videbitur, extrahendum abiiciendumque. Quo quidem facto, omnia illa, quae §§. X. XI. XII. praecepimus, iterum iterumque & aſſiduo fieri debent. Poſt tertium quartumve intervallum horarum duodecim iam pus bonae notae apparere ſolet, ſanationemque promittere. Neque tum alia re opus erit, niſi ut cortex Peruvianus

nus intus assumatur, & membrum affectum extrinsecus recte curetur.

§. XV.

Quod usum corticis huius attinet, is vel per se, vel cum succo baccarum sambuci igne inspissato, quem Roob vulgo nominant, aut cum Syrupo cydoniorum, cinnamomi, aurantiorum, aliisque cardiacis, in formam electuarii coactus, dari potest. At si cortex alvum deiicit, usus eius per se omittendus est, dandumque ex eo factum extractum, vel infusum quoque. Si vehemens febris est, si magnus calor hominem extorret, si sitis urget, cortex inutilis est, dandaque sunt, quae febrem minuunt, quae refrigerandi facultatem habent, qualia fere sunt, quae vulgo temperantia vocari solent. Ubi vero corticem proficuum fore putamus, is pro varia conditione mali & aegrotantis primum omni hora, deinde omni bihorio, tum post tres quatuorve horas, ad drachmam dimidiam aut scrupulos duos sumi debet. Tumque praebio cuique adiici possunt aut aliquot guttulae spiritus salis communis, vel olei vitrioli glacialis, aut aliquot grana aluminis crudi vel terrae dictae Iaponicae *a*). Quibus omnibus in magna aegrotantis imbecillitate iungi potest haustus vini ex genere acidorum. Perspirationem utplurimum recte augemus infuso tenui eoque fervido florum chamomillae, quod etiam *clar.* PRINGLE, Medicum Britannum, probasse legimus *b*).

a) Id quod etiam *cl.* WALL probat; de quo vid. *Sammlungen verschiedener die Fieberrinde betreffender Abhandlungen &c. S. 104. u. folgg.*

b) Vid. periti huius viri *Versuche von den Feldkrankheiten.*

Vires aegrotantis ſuſtinemus eodem victu ſimplici, quem *clar.* PRINGLE loco citato commendat. Potui damus aquam cum aceto, diluta iuſcula carnis vel vituli, vel pulli cohortalis, diluta decocta avenae excorticatae, hordei excorticati, adiecto vel aceto, vel mali citrei ſucco &c. Sed haec aliaque latius explanare iam non vacat.

§. XVI.

Verum de curatione externa adiici plura debent. Itaque ſi poſt uſum medicamentorum (§. X. XI. XII.) pus moveri coepit, pulveris illius inſperſio in plagas omitti, neque terebinthinae oleum adhiberi debet (§. X.) At uſu fomentationum mollientium aſſiduo, adhibitoque illo unguento digeſtivo, cuius compoſitionem paulo poſt docebimus, ſuppurationem iuvare, eandemque ad quartum, ſextum vel octavum diem vsque augere convenit; neque fomenta minuere, multo minus intermittere, aut nimia preſſione nimisque operoſa puris exterſione partes molles humore illo ſalutari ſpoliare, donec ſuppuratio ſatis liberalis utrumque, modeſte tamen, fieri iubet. Suppuratio enim illud ipſum naturae opus eſt, ubi partes integrae turba malorum, quibus ſepiuntur, ſeſe paulatim evolvunt, partesque corruptas a ſe, mirabili interdum modo, ſegregant. Naturae igitur tam ſalutaria molienti adeſſe Chirurgus debet, atque ſcalpello, forfice, aliisque ferramentorum generibus, partes corruptas magis ac magis, ſed quoad eius fieri poteſt, ſine nova cruentatione, ſeparare atque abſcindere; idemque in interioribus facere, adeoque examinatis ſedulo oſſibus, id, quod ex iis vitiatum, carie

rie exeſum, fractumve eſt, partim ſcalpello, partim inſtrumento illo, quod figuram folii myrti habet, dilatare, oculis apertius ſubiicere, &, ſi absque nova vi fieri poteſt, fragmenta extrahere, deinde partes oſſeas balſamo illo oſſibus dicato (§. X.) oblinire atque contegere, partes vero molliores modo ſiccis linamentis molliter contegere, modo his unguento digeſtivo aut quocunque, (aut potiſſimum illo, quod ſtatim deſcribemus) adiecta myrrhae eſſentia perlitis, nutrire; atque haec omnia, quam fieri poteſt, cito agere, aërem externum, magisque etiam frigidum, arcere, aegrum igitur in conclavi percalefacto curare, ſimulque haud procul ab affecta parte habere prunas; eademque ratione ulcus, dum puris permultum exit, quotidie bis detegere & deligare; ante quamlibet deligationem oſſa oculis perluſtrare, digitis contrectando & ope ſpecilli tangendo explorare, atque ſi totum aliquod os vitiatum eſt, aut maius eius fragmentum cum reliquo oſſe glutinari non poſſe videtur, utrumque a partibus mollioribus ſcalpello ſeparare atque extrahere, aut aliam aliamve oſſis partem ſcalpro radere, modiolo perforare, & hac ratione, aut etiam pro rerum natura ſolo illo oſſibus dicato balſamo (§. X.) exfoliationem vitiati ſeparationemque moliri, in ipſa deligatione oſſa laeſa ſemper eodem illo balſamo, partes vero molliores unguento digeſtivo, myrrhae eſſentia, balſamo maſtichis aliisve balſamis ſpirituoſis temperato, nutrire, atque ad id uti vel unguento digeſtivo quolibet, vel hac potiſſimum eius compoſitione, quae habet, olivarum olei libram dimidiam, ligni ſantali rubri unciam, quae coqui debent, donec oleum rubro colore ſatis infectum ſit, quibus percola-

tis adiicitur cerae flavae libra una, reſinae terebinthinae libra una cum dimidia; quae poſteaquam iterum efferbuerunt, balſamo Peruviano condiuntur. Atque haec eſt nobilis illa compoſitio unguenti digeſtivi, quam ſupra plusquam ſemel laudavimus. Convenit potiſſimum tum, cum nimis liberalem ſuppurationem non facile fert oſſium vicinitas.

§. XVII.

Atque hoc ipſum medicamentum, aut aliud ipſi non abſimile, haud dubie fuit id, quo Nobilis illa foemina GENEVIEVE ſervavit hominem illum, cuius brachium, ſphacelo corruptum ac pro immedicabili a Medicis & Chirurgis habitum, narrant ad veram ſanitatem admirando modo rediiſſe; quanquam medendi ratio ea nos non ita, uti alios fortaſſe, in admirationem rapit. Scilicet Medici & Chirurgi de ſalute hominis illius deſperarunt, eumque, cum reſectionem brachii pati nollet, deſeruerunt, eo quidem curationis tempore, ubi vel ſolius naturae, malum vincentis, beneficio, vel medicamentorum ab iis ipſis adhibitorum auxilio, ſanitas iam in propinquo eſſet, cum, ſphacelo iam coërcito, pus moveri, atque in locum plerarumque partium mollium omniumque integumentorum perditorum nova caro ex ipſo humeri oſſe enaſci, ac putridas illas partes detrudere coepiſſet. Quo temporis articulo in auxilium vocata foemina GENEVIEVE pulviſculis antiſpasmodicis & temperantibus, & ungento arcano ſuo pus iamiam motum alere, totumque brachium ad ſanitatem perducere, facile potuit. At hoc illud eſt, quod ſimul & admiramur, & Medicis atque Chirurgis indignum

gnum iudicamus, ipſos opinionibus anteceptis ſuis eo abreptos, tamque moroſos & immiſericordes fuiſſe, ut miſerum, quem curandum acceperant, ope conſiliisque ſuis deſtituerent. Sed ſatis poenarum dederunt.

§. XVIII.

Neque caſus ille ſolus eſt & unicus, ubi Medici & Chirurgi, non indocti aut imperiti illi quidem, ſed non ſatis prudentes, de artuum ſphacelo affectorum ſanatione deſperantes, eorum amputationem miſeris hominibus decreverunt, hi vero ipſi eorumque amici repugnarunt, & malum medicamentis quibusdam facile parabilibus vicerunt. Unde diſcere debemus, ad auxilium, tam triſte tamque anceps, admodum lente feſtinandum eſſe, ne ars & artifices fama periclitentur. Sed nunc interrogabit aliquis, quid tum, cum remedia illa omnia incaſſum adhibita ſint, faciendum eſſe nobis videatur. Annon ſaltem tum ſatius foret, experiri remedium anceps, quam nullum, quae eſt illa formula loquendi, qua uti medentes ſolent, ſi de hominum ſalute exitiove breviter & abſolute decernunt. At vero cum medentes ſaepenumero pro remedio ancipiti habeant id, quod plane nullum eſt, cumque iſtiusmodi formulae propemodum lubricae dici mereantur, illam quoque parum aut nihil ad rem pertinere iudico, paulo fortaſſe fidentius. Mentem igitur meam apertius exponam. Omnis videlicet ſphacelus vel ex vitio intus orto fit, vel cauſam ſequitur, ſanum corpus extrinſecus laedentem *a*). Si vitii genus illud erit, ni-

a) CELSVS Lib. V. C. 26. putat, *gangraenam* (ergo etiam ſphacelum) *non niſi malum corrupti vitioſique corporis eſſe.*

hil proficere amputatio poterit, niſi ipſa cauſa mali intus latens fuerit evicta. At quis erit, qui tabem, qui ſcorbutum, qui imbecillitatem ex ſenio, qui hydropem, qui malum corporis habitum tam brevi tempore vincet? Itaque quia mali cauſa neque ante amputationem tolli poteſt, ne amputari quidem in vivo corpore debet, niſi fortaſſe placuerit hominem iugulare. Interrogo enim unumquemque ex Medicis & Chirurgis, annon hoc eſſet, hydropicum iugulare, ſi ipſi crus ſphacelo affectum ſupra genu abſcinderetur? Iam vero idem, quod de hydropicis, de aliis etiam, qui longis morbis laborant, verum eſt. Scilicet membri amputatio inutiles dolores infert, mortemque maturat. Sed non deſinet ille interrogare, quaeretque, an igitur hominem tam miſerum deſerere debeant medentes? Non debent deſerere, ſed rationali methodo mederi tum vitio intus latenti, tum membro affecto, atque ab hoc abſcindere id, quod plane corruptum eſt, non tamen in ſana parte, ne inutiles dolores, indeque futura alia ſymptomata mortemque accerſant. Abſciſſoque eo, quod plane emortuum eſt, ſanationem reliquam naturae medicatrici committere, eandemque remediis intus & foris adhibendis convenientique victu adiuvare, ſique ager morietur, cogitare, ipſum & medentes morbo victos eſſe.

§. XIX.

Sin gangraena & ſphacelus in homine antea bene valente a vi quadam extrinſecus illata coeperunt, iudicium non ita facile, quam quidem §. praeced. expromere licet. Audeamus tamen, atque de hoc etiam caſu ſenten-

ſententiam noſtram oſtendamus. Primo autem videndum eſt, an curatio idonea praeceſſerit, an mali cauſae, in ipſo membro affecto antea haerentes, ſublatae ſint nec ne? Si horum nihil factum eſt, antea neceſſario fieri debent, nec protinus demi membrum, quod reddi nequit. Quodſi vero curatio idonea adhibita fuit, tunc debet conſiderari partis affectae conditio. Etenim malum aut ſerpendo latius creſcit, aut iam iam ſubſiſtit. Si creſcit, multa ſunt, quae diſſuadeant efficacem hanc chirurgiam. Corpus enim vehementer aegrotat atque febricitat, & totum quaſi inflammatum eſt; quae profecto non poſſunt non augeri ea curatione, quae vel ſaniſſimum hominem opprimere poſſit. Ac ne amputatio quidem, ut vulgo putant, fieri in ſana parte poteſt, cum malum nunquam non pateat quam latiſſime. Solus digitus, panaritii, barbare ita dicti, genere peſſimo illo affectus, poſt breve temporis ſpatium ipſas glandulas axillares inflammat, pedumque digiti, ſi gangraena tenentur, glandulas inguinales, non magna interpoſita mora, inficiunt. Itaque in ea ipſa parte, ubi amputatio fieri ſolet, malum radices iam altius egit. Quod igitur neceſſario nova capiet incrementa, ſi pars truncata eo faſciandi genere conſtringetur, quo carere non poſſumus, niſi hominem profuſione ſanguinis exhauriri velimus. Ex quo intelligi poteſt, amputationem in hoc etiam caſu non anceps eſſe remedium, ſed plane nullum. Sique fortaſſe aliquando accidat, ut homo nihilo ſecius vitam retineat, fatendum eſſe, naturam & morbo & ſaevitiae Chirurgi ſecantis reſtitiſſe, & ſimul fuiſſe medicatricem victricemque. Nihil ergo medenti relinquitur, niſi ut

illa

illa (§. VII–XVI.) aſſiduo fiant, donec malum ſerpere deſinat, & remittat concitatior ſanguinis motus. Quo facto, apparebit, an pars ſervari poſſit, nec ne? Servari autem poterit, ſi corruptum abſceſſit, & ex interioribus, oſſibusque ipſis nova caro propullulare coepit. Quo quidem loco non poſſumus, quin obſervemus, ſignum illud corruptionis, quod a defectu ſenſus deſumi ſolet, *Perilluſtris* HALLERI experimentis quodam modo incertum redditum eſſe, quibus quippe evictam perioſteorum inſenſibilitatem eſſe multi clarique viri putant. Noſtra de his rebus experimenta fere cum HALLERI doctrina congruunt, niſi quod pericranium nunquam non quam ſenſiliſſimum deprehendimus *a*). Sed quicquid huius rei ſit, id tamen ex experimentis illis conſequitur, non protinus de integritate perioſtei & oſſis ipſius deſperandum eſſe, etiamſi perioſteum membri ſphacelo affecti absque doloris ſenſu compungitur, ſecatur laceraturque; ideoque uſum medicamentorum §. VII–XVI. propoſitorum non protinus omittendum eſſe. Sin ex oſſium manifeſta corruptione intelligitur, membrum ſervari non poſſe, quod fere fit, ſi homo perperam curatus fuit; reſecari debet & in ſano quidem corpore, ſi vires hominis ſuſtinere tam atrocem curationem poſſe videntur. In hoc enim caſu illud

a) Vid. de controverſia illa: *Memoires ſur les parties ſenſibles & irritables etc. par Mr. de* HALLER T. I–IV. Item, *Abhandlung des Herrn von Haller, von den reizbaren und empfindlichen Theilen des menſchlichen Leibes, verdeutſcht und geprüft von* D. Carl Chriſtian KRAVSEN.

illud remedium est quidem anceps, attamen verum remedium, quia aliud non licet reperire, & quia nullum aliud vitium in corpore, quo minus curatio ea fiat, prohibet. Sin homo imbecillior est, res fere desperata est. Neque enim homo amputationem in sana parte sustinebit, neque putre membrum sine futura noxa corpori sano adhaerebit. In tam ancipiti re ego quidem vasis sanguiferis maioribus vinciendo antea prospicerem, deinde inutile pondus in vicinitate sanae partis, sed non in hac ipsa, abscinderem abiiceremque, & medicamentis foris intusque adhibitis malo, quod reliquum esset, resisterem, convenientique victu viribus hominis consulerem. Quae si crescent, haud dubie corruptae etiam partes molliores abscedent. Quod si continget, non difficilis erit abscissio partis osseae, quae corrupta relicta fuerat. Quo facto, ulcus medicamentis, quae carnem alunt, & ossibus nudatis idonea sunt (§. X.) ad sanitatem perducendum erit. Haec omnia non modo rationi congrua sunt, sed experimentis quoque confirmantur. Pauciora enim apud Observationum collectores reperies exempla, vbi amputatio, serpente adhuc malo & vehementer febriente homine instituta, salutem attulit, longe plura vero, ubi malum, quod remiserat, diu postea toleratum, & serius demum resectione membri, eaque nonnunquam parum idonea, sublatum fuit. De quibus legi meretur supra laudatus SCHAARSCHMIDIVS *a*). Sed obiicis, nos parum nobis constare, cum aliud proposueri.nus, aliud vero iam

a) Ab omnibus sane legi debent *Auctoris* eius *Sammlungen* supra excitatae.

illa (§. VII–XVI.) assiduo fiant, donec malum serpere desinat, & remittat concitatior sanguinis motus. Quo facto, apparebit, an pars servari possit, nec ne? Servari autem poterit, si corruptum abscessit, & ex interioribus, ossibusque ipsis nova caro propullulare coepit. Quo quidem loco non possumus, quin observemus, signum illud corruptionis, quod a defectu sensus desumi solet, *Perillustris* HALLERI experimentis quodam modo incertum redditum esse, quibus quippe evictam periosteorum insensibilitatem esse multi clarique viri putant. Nostra de his rebus experimenta fere cum HALLERI doctrina congruunt, nisi quod pericranium nunquam non quam sensilissimum deprehendimus *a*). Sed quicquid huius rei sit, id tamen ex experimentis illis consequitur, non protinus de integritate periostei & ossis ipsius desperandum esse, etiamsi periosteum membri sphacelo affecti absque doloris sensu compungitur, secatur laceraturque; ideoque usum medicamentorum §. VII–XVI. propositorum non protinus omittendum esse. Sin ex ossium manifesta corruptione intelligitur, membrum servari non posse, quod fere fit, si homo perperam curatus fuit; resecari debet & in sano quidem corpore, si vires hominis sustinere tam atrocem curationem posse videntur. In hoc enim casu illud

a) Vid. de controversia illa: *Memoires sur les parties sensibles & irritables etc. par Mr. de* HALLER T. I–IV. Item, *Abhandlung des Herrn von Haller, von den reizbaren und empfindlichen Theilen des menschlichen Leibes, verdeutscht und geprüft von* D. Carl Christian KRAVSEN.

illud remedium est quidem anceps, attamen verum remedium, quia aliud non licet reperire, & quia nullum aliud vitium in corpore, quo minus curatio ea fiat, prohibet. Sin homo imbecillior est, res fere desperata est. Neque enim homo amputationem in sana parte sustinebit, neque putre membrum sine futura noxa corpori sano adhaerebit. In tam ancipiti re ego quidem vasis sanguiferis maioribus vinciendo antea prospicerem, deinde inutile pondus in vicinitate sanae partis, sed non in hac ipsa, abscinderem abiiceremque, & medicamentis foris intusque adhibitis malo, quod reliquum esset, resisterem, convenientique victu viribus hominis consulerem. Quae si crescent, haud dubie corruptae etiam partes molliores abscedent. Quod si continget, non difficilis erit abscissio partis osseae, quae corrupta relicta fuerat. Quo facto, ulcus medicamentis, quae carnem alunt, & ossibus nudatis idonea sunt (§. X.) ad sanitatem perducendum erit. Haec omnia non modo rationi congrua sunt, sed experimentis quoque confirmantur. Pauciora enim apud Observationum collectores reperies exempla, vbi amputatio, serpente adhuc malo & vehementer febriente homine instituta, salutem attulit, longe plura vero, ubi malum, quod remiserat, diu postea toleratum, & serius demum resectione membri, eaque nonnunquam parum idonea, sublatum fuit. De quibus legi meretur supra laudatus SCHAARSCHMIDIVS *a*). Sed obiicis, nos parum nobis constare, cum aliud proposueri.nus, aliud vero iam

a) Ab omnibus sane legi debent *Auctoris* eius *Sammlungen* supra excitatae.

illa (§. VII–XVI.) aſſiduo fiant, donec malum ſerpere deſinat, & remittat concitatior ſanguinis motus. Quo facto, apparebit, an pars ſervari poſſit, nec ne? Servari autem poterit, ſi corruptum abſceſſit, & ex interioribus, oſſibusque ipſis nova caro propullulare coepit. Quo quidem loco non poſſumus, quin obſervemus, ſignum illud corruptionis, quod a defectu ſenſus deſumi ſolet, *Perilluſtris* HALLERI experimentis quodam modo incertum redditum eſſe, quibus quippe evictam perioſteorum inſenſibilitatem eſſe multi clarique viri putant. Noſtra de his rebus experimenta fere cum HALLERI doctrina congruunt, niſi quod pericranium nunquam non quam ſenſiliſſimum deprehendimus *a*). Sed quicquid huius rei ſit, id tamen ex experimentis illis conſequitur, non protinus de integritate perioſtei & oſſis ipſius deſperandum eſſe, etiamſi perioſteum membri ſphacelo affecti absque doloris ſenſu compungitur, ſecatur laceraturque; ideoque uſum medicamentorum §. VII–XVI. propoſitorum non protinus omittendum eſſe. Sin ex oſſium manifeſta corruptione intelligitur, membrum ſervari non poſſe, quod fere fit, ſi homo perperam curatus fuit; reſecari debet & in ſano quidem corpore, ſi vires hominis ſuſtinere tam atrocem curationem poſſe videntur. In hoc enim caſu illud

a) Vid. de controverſia illa: *Memoires ſur les parties ſenſibles & irritables etc. par Mr. de* HALLER T. I–IV. Item, *Abhandlung des Herrn von Haller, von den reizbaren und empfindlichen Theilen des menſchlichen Leibes, verdeutſcht und geprüft von* D. Carl Chriſtian KRAVSEN.

illud remedium eſt quidem anceps, attamen verum remedium, quia aliud non licet reperire, & quia nullum aliud vitium in corpore, quo minus curatio ea fiat, prohibet. Sin homo imbecillior eſt, res fere deſperata eſt. Neque enim homo amputationem in ſana parte ſuſtinebit, neque putre membrum ſine futura noxa corpori ſano adhaerebit. In tam ancipiti re ego quidem vaſis ſanguiferis maioribus vinciendo antea proſpicerem, deinde inutile pondus in vicinitate ſanae partis, ſed non in hac ipſa, abſcinderem abiiceremque, & medicamentis foris intusque adhibitis malo, quod reliquum eſſet, reſiſterem, convenientique victu viribus hominis conſulerem. Quae ſi creſcent, haud dubie corruptae etiam partes molliores abſcedent. Quod ſi continget, non difficilis erit abſciſſio partis oſſeae, quae corrupta relicta fuerat. Quo facto, ulcus medicamentis, quae carnem alunt, & oſſibus nudatis idonea ſunt (§. X.) ad ſanitatem perducendum erit. Haec omnia non modo rationi congrua ſunt, ſed experimentis quoque confirmantur. Pauciora enim apud Obſervationum collectores reperies exempla, vbi amputatio, ſerpente adhuc malo & vehementer febriente homine inſtituta, ſalutem attulit, longe plura vero, ubi malum, quod remiſerat, diu poſtea toleratum, & ſerius demum reſectione membri, eaque nonnunquam parum idonea, ſublatum fuit. De quibus legi meretur ſupra laudatus SCHAARSCHMIDIVS *a*). Sed obiicis, nos parum nobis conſtare, cum aliud propoſuerimus, aliud vero iam

 conce-

a) Ab omnibus ſane legi debent *Auctoris* eius *Sammlungen* ſupra excitatae.

illa (§. VII–XVI.) aſſiduo fiant, donec malum ſerpere deſinat, & remittat concitatior ſanguinis motus. Quo facto, apparebit, an pars ſervari poſſit, nec ne? Servari autem poterit, ſi corruptum abſceſſit, & ex interioribus, oſſibusque ipſis nova caro propullulare coepit. Quo quidem loco non poſſumus, quin obſervemus, ſignum illud corruptionis, quod a defectu ſenſus deſumi ſolet, *Perilluſtris* HALLERI experimentis quodam modo incertum redditum eſſe, quibus quippe evictam perioſteorum inſenſibilitatem eſſe multi clarique viri putant. Noſtra de his rebus experimenta fere cum HALLERI doctrina congruunt, niſi quod pericranium nunquam non quam ſenſiliſſimum deprehendimus *a*). Sed quicquid huius rei ſit, id tamen ex experimentis illis conſequitur, non protinus de integritate perioſtei & oſſis ipſius deſperandum eſſe, etiamſi perioſteum membri ſphacelo affecti absque doloris ſenſu compungitur, ſecatur laceraturque; ideoque uſum medicamentorum §. VII–XVI. propoſitorum non protinus omittendum eſſe. Sin ex oſſium manifeſta corruptione intelligitur, membrum ſervari non poſſe, quod fere fit, ſi homo perperam curatus fuit; reſecari debet & in ſano quidem corpore, ſi vires hominis ſuſtinere tam atrocem curationem poſſe videntur. In hoc enim caſu illud

a) Vid. de controverſia illa: *Memoires ſur les parties ſenſibles & irritables etc. par Mr. de* HALLER T. I–IV. Item, *Abhandlung des Herrn von Haller, von den reizbaren und empfindlichen Theilen des menſchlichen Leibes, verdeutſcht und geprüft von* D. Carl Chriſtian KRAVSEN.

illud remedium eſt quidem anceps, attamen verum remedium, quia aliud non licet reperire, & quia nullum aliud vitium in corpore, quo minus curatio ea fiat, prohibet. Sin homo imbecillior eſt, res fere deſperata eſt. Neque enim homo amputationem in ſana parte ſuſtinebit, neque putre membrum ſine futura noxa corpori ſano adhaerebit. In tam ancipiti re ego quidem vaſis ſanguiferis maioribus vinciendo antea proſpicerem, deinde inutile pondus in vicinitate ſanae partis, ſed non in hac ipſa, abſcinderem abiiceremque, & medicamentis foris intusque adhibitis malo, quod reliquum eſſet, reſiſterem, convenientique victu viribus hominis conſulerem. Quae ſi creſcent, haud dubie corruptae etiam partes molliores abſcedent. Quod ſi continget, non difficilis erit abſciſſio partis oſſeae, quae corrupta relicta fuerat. Quo facto, ulcus medicamentis, quae carnem alunt, & oſſibus nudatis idonea ſunt (§. X.) ad ſanitatem perducendum erit. Haec omnia non modo rationi congrua ſunt, ſed experimentis quoque confirmantur. Pauciora enim apud Obſervationum collectores reperies exempla, vbi amputatio, ſerpente adhuc malo & vehementer febriente homine inſtituta, ſalutem attulit, longe plura vero, ubi malum, quod remiſerat, diu poſtea toleratum, & ſerius demum reſectione membri, eaque nonnunquam parum idonea, ſublatum fuit. De quibus legi meretur ſupra laudatus SCHAARSCHMIDIVS *a*). Sed obiicis, nos parum nobis conſtare, cum aliud propoſueri.nus, aliud vero iam

a) Ab omnibus ſane legi debent *Auctoris* eius *Sammlungen* ſupra excitatae.

concedamus. At obiicere deſines, ſi cogitaveris, primo, vix eventurum eſſe, ut homo, qui idonea ratione foris intusque medendi ab initio morbi tractatus non convaluit, deinceps convaleſcere poſſit, ſi tam atrox curatio ſupervenerit; deinde vero aegrotos illos, qui inepte a medentibus curati, aut prorſus neglecti, adeo triſti auxilio indigent, non de noſtra artisque inconſtantia, ſed de propria ſua negligentia aut artificum imperitia & ſtupore conqueri debere; item nos potiſſimum adverſus amputationem in ſana parte faciendam diſputare, inutilesque inde pendentes dolores abhorrere, non vetare, quo minus id, quod plane corruptum eſt, reſecetur abiiciaturque. Sed ſatis de illis. Praecedere autem debuit tractatio haec ceu generalior. Iam vero dicendorum ordo poſtulat, ut de malis illis agamus, quae Chirurgis anſam dare ſolent, artus ideo amputandi, ut mala illa ipſa, gangraena & ſphacelus, avertantur & caveantur. Quod quidem nonnulli ita feſtinant, ut artus miſere contuſos colliſosque protinus & antea abſcindant, quam alia remedia experiantur. Quorum praecipitem ſecandi ſaevitiam probare nullo modo poſſumus *a*).

§. XX.

a) Improbant etiam alii. Vid. *Recueil des Pieces, qui ont concouru pour le Prix de l'Academie Royale de Chirurgie* T. III. p. 490. dicitur enim: Toute amputation faite ſur le champ eſt en general dangereux par ſes ſuites. Nos ipſi ſcimus, militem, cui in ipſo loco pugnae ad Pragae urbem pugnatae brachium Chirurgi amputaverant, tertio quartove die poſt hanc manuum operam periiſſe.

§. XX.

Sequitur igitur nunc, ut dicamus de gravioribus artuum contuſionibus, maximeque iis, ubi & partes carneae, & oſſa ipſa, ita contuſa & colliſa ſunt, quem ad modum fieri ſolet, ſi cui aut manus, aut pes, aut cubitus, aut crus, aut brachium, aut femur, a permagno lapide, a trabe, a curruum rota, a cochlea, a prelo, a telo graviori quocunque, &c. vehementius comprimitur conquaſſaturque. Quid autem erit de his ſimilibusque caſibus ſentiendum? Etiamne iſto modo vulneratus ſanitatem facilius recipiet, ſi pars, tam graviter quidem affecta, nihilo minus tamen non a reliquo corpore abſciſſa fuerit, quam ſi membri amputatio vulneri accepto ſupervenerit? Reſpondemus, etiamſi ab amputatione artus quam graviſſime contuſi & colliſi manum abſtinuerimus, nulla tamen mala graviora pertimeſcenda eſſe, quam gangraenam ſphacelumque, aut ſanguinis profuſionem, cui reſiſti poſſe Chirurgus fortaſſe deſperaverit. Iam niſi id, quod ſupra de gangraena & ſphacelo, cum oſſium colliſione coniunctis, experimentorum vi adducti, docuimus (§. X–XVI.), falſum ſit; ſolus profecto metus futurae gangraenae, futuri ſphaceli, ex contuſis atque colliſis oſſibus oriundorum, Chirurgo non erit iuſta cauſa artus contuſos conquaſſatosque praecidendi. Quodſi enim vitia illa iam iam exorta curare licet, multo facilius eadem nondum praeſentia averti poterunt. Similiter etiam ſanguinis profuſio pertimeſcenda quidem erit, ſed non propter eam membrum protinus abſcindendum; id quod docebunt vel illi ipſi vulnerati, quibus aut cubitus, aut crus, a grandioris tormenti globo ſimul & truncatum, & in

parte, quae ſupereſt, vehementiſſime & ſic contuſum eſt, ut & trunci membri oſſa in plura fragmenta diffracta, & maiora vaſa, ſanguinem vehentia, miſere lacerata atque disrupta ſint. Nam & hi ſine illa artificiali amputatione ſanitatem conſequuntur, & ſanguinis profuſio haud raro ſine Chirurgi auxilio ſiſtitur. Interea tamen nemo ignorat, graviores contuſiones huius generis Chirurgis plerisque anſam hactenus dediſſe membra praecidendi, atque, ſi manus aut pes vehementius conquaſſatus fuerit, Chirurgi ſaevitiam non modo cruri aut cubito, verum haud raro ipſi femori vel brachio expetiiſſe. Idque ii, qui illos ſequuntur, primis etiam diebus faciunt, dum ſcilicet vulneratus adhuc ſatis valet, antea nempe quam, quid curatio per medicamenta effectura ſit, experiantur; nam ſi homo iam imbecillus, ſenio confectus, ex morbo praegreſſo aut ex ipſo etiam vulnere valde aegrotus eſt, ne membri quidem reſciſſionem facere inſtituunt. Equidem exiſtimarim, rectius factum iri, ſi hominis ſano cruri aut femori, hominis non lacerato cubito aut brachio aeque atque contuſo pedi aut contuſae conquaſſataeque manui ita parceremus, ut malis ac ſymptomatibus a parte conquaſſata metuendis in ea ipſa parte affecta & in toto corpore idonea curandi ratione occurreremus, neque hominem vulnere iam ſatis afflictum nouo vulnerandi genere eodemque grauiſſimo peſſumdaremus. Sed num id fieri quoque poſſit, fortaſſe quaeris. Reſponſionem dabunt exempla ſequentia, quae tanto confidentius pro cauſa noſtra adducere poterimus, quanto notiora ſunt tum pluribus, qui ipſi vulnerati fuerunt, cum & praecipue Medicis & Chirurgis caſtrenſibus admodum multis.

tis. Itaque experimenta illa ipſa, quae in noſocomiis caſtrenſibus noſtris nuperrime videre licuit, atque etiamnum oculis uſurpare manibusque palpare licet, pro artubus contuſis atque colliſis intercedent, eorumque amputationem improbabunt.

§. XXI.

Videlicet cum in noſocomia caſtrenſia noſtra importatus eſt aliquis, cui grandioris tormenti globus vel alia cauſa violenta aut pedem, aut crus, aut manum cubitumve a corpore vel prorſus abſtraxit, vel adeo perrupit, ut pars illa cum reliquo corpore adhuc quidem, verum interpoſita exigua carnis cutisque portione, cohaereat, ſic ut nulla plane ſpes ſit, partem ita laceratam cum corpore glutinari poſſe; tunc primum in caſu quidem poſtremo exiguam illam cutis & carnis partem diſcindimus, partemque inferiorem, inutilem futturam, a ſuperiori plane ſeparamus; ac tum in caſu utroque fragmenta oſſea, forte eminentia & nocitura, ferris ad id adaptatis praecidimus, idemque facimus, ſive oſſa illa, eorumve fragmenta, firmiter cum trunco membro cohaerent, ſive hinc inde quodammodo vacillant; quo quidem caſu a miniſtris aſſtantibus ea immobilia praeſtantur. Hoc quidem a nobis ita fieri non negamus. At nemo, ſperamus, erit, qui hanc diſciſſionem reſectionemque pro illa amputandi ratione, quae magno cultro illo magnaque ſerra in ipſa integra corporis parte adminiſtratur, habebit, aut alteram alteri aequiparabit. His factis, fragmenta oſſium minora, ſive in ſola carne haerent, ſive cum reliquo oſſe truncato aliquantum quidem, ſed nimis parum, cohaerent, paulo

ſtudioſius perquirimus, & quicquid eorum absque vi vel nova ſanguinis profuſione ſeparari poteſt, iſtud aut ſolis digitis, aut ſcalpello etiam adhibito, protinus extrahimus. Tum truncam partem manubus leniter comprimimus, permulcemus atque figuramus, longitudinem eius a ſuperioribus verſus inferiora potiſſimum ſequendo. Deinde truncam partem ex ratione, quam licuit, naturaliter figuratam, ſiccis linamentis admodum multis bene contegimus & defendimus, vulneris vero oris extrinſecus imponimus unguentum digeſtivum, myrrhae eſſentia, aut maſtichis balſamo, temperatum. Poſtea truncam partem eo deligandi genere, quod poſt factam amputationem artificialem adhiberi ſolet, deligamus, ac paulo quidem arctius, ſed ita tamen conſtringimus, ut neque dolor, neque inflammationis periculum inde oriri queat. Partem iſta ratione curatam perfundimus ea ſpiritus vini rectificati copia, quae per faſcias & linamenta ad laeſam usque partem penetrare poſſit. Poſtea curamus, ut pars ipſa in linea recta extenſa ſit, & quam fieri poteſt, molliter cubet. Deinde partem deligatam primis temporibus, & antea quam largior ſuppuratio animadvertitur, aut ſemel quotidie, aut pro rerum natura aliquando etiam rarius, orta vero ſuppuratione, quotidie bis, reſolvimus, rurſusque obligamus, ea quidem ratione, ut &, quicquid ex oſſibus attingere poſſumus, & ipſas partes carneas linamentis, balſamo maſtichis, vel balſamo Fioravanti, vel alia quadam eſſentia balſamica madefactis, contegamus, quo nimis larga ſuppuratio quodam modo cohibeatur avertaturque. Atque in ſingulis quidem deligationibus operam damus, ut omnia fragmen-

ta

ta oſſea minora, quae cum reliquo oſſe in unum coire & glutinari non poſſe videntur, paulatim ſeparemus. Fragmenta oſſis vero, maiora illa, quae truncum os praeſtabunt, non modo quam quietiſſima eſſe iubemus, verum etiam, ubi neceſſe eſt manibus, ut ſupra oſtendimus, permulcemus, pauloque arctius, modeſte tamen, faſciis conſtringimus, eorumque coalitum adiuvamus. Sin eiusmodi fragmentum, elapſo menſis ſpatio, cum reliquo oſſe non conferbuit, ſed magis etiam ab eo receſſit, nec tamen prorſus ſeparatum eſt, eo nitimur, ut id leniter movendo, ſurſum elevando deorſumve trahendo, aut ope ſcalpelli deglubendo, a partibus carneis ſeparemus, quae fortaſſe paulo ſuperius ad ipſum usque articulum tendunt, non ſumus ſolliciti, eaque ſorti ſuae relinquimus *a*). Illa vero minora, breviora,

a) *Felix* WÜRZIVS, & GOVEY iam olim, uti apud HEISTERVM l. c. p 169. legi poteſt, fiſſuras oſſium extremis artubus idonea faſciandi ratione curaverunt. Sin aliquando, quod tamen animadvertere nobis nondum licuit, membrum truncatum adeo usque longis oſſium fiſſuris affectum fuerit, quae ad articulum usque aſcendant, neque faſciis conſtringi & curari poſſint; nos, hoc mali genere deprehenſo, iis in locis, ubi nulla magna vaſa ſanguifera decurrent, plagas duas faciemus & tam longas, quam truncata pars ipſa erit, ſcilicet ab ipſo articulo usque ad finem trunci protenſas, & tam altas, ut os nudetur, & in tantum ab ſe invicem diſtantes, quam latum erit oſſis fragmentum eximendum. Cutis carnisque partem, inter

ſtudioſius perquirimus, & quicquid eorum absque vi vel nova ſanguinis profuſione ſeparari poteſt, iſtud aut ſolis digitis, aut ſcalpello etiam adhibito, protinus extrahimus. Tum truncam partem manubus leniter comprimimus, permulcemus atque figuramus, longitudinem eius a ſuperioribus verſus inferiora potiſſimum ſequendo. Deinde truncam partem ex ratione, quam licuit, naturaliter figuratam, ſiccis linamentis admodum multis bene contegimus & defendimus, vulneris vero oris extrinſecus imponimus unguentum digeſtivum, myrrhae eſſentia, aut maſtichis balſamo, temperatum. Poſtea truncam partem eo deligandi genere, quod poſt factam amputationem artificialem adhiberi ſolet, deligamus, ac paulo quidem arctius, ſed ita tamen conſtringimus, ut neque dolor, neque inflammationis periculum inde oriri queat. Partem iſta ratione curatam perfundimus ea ſpiritus vini rectificati copia, quae per faſcias & linamenta ad laeſam usque partem penetrare poſſit. Poſtea curamus, ut pars ipſa in linea recta extenſa ſit, & quam fieri poteſt, molliter cubet. Deinde partem deligatam primis temporibus, & antea quam largior ſuppuratio animadvertitur, aut ſemel quotidie, aut pro rerum natura aliquando etiam rarius, orta vero ſuppuratione, quotidie bis, reſolvimus, rurſusque obligamus, ea quidem ratione, ut &, quicquid ex oſſibus attingere poſſumus, & ipſas partes carneas linamentis, balſamo maſtichis, vel balſamo Fioravanti, vel alia quadam eſſentia balſamica madefactis, contegamus, quo nimis larga ſuppuratio quodam modo cohibeatur avertaturque. Atque in ſingulis quidem deligationibus operam damus, ut omnia fragmen-

ta oſſea minora, quae cum reliquo oſſe in unum coire & glutinari non poſſe videntur, paulatim ſeparemus. Fragmenta oſſis vero, maiora illa, quae truncum os praeſtabunt, non modo quam quietiſſima eſſe iubemus, verum etiam, ubi neceſſe eſt manibus, ut ſupra oſtendimus, permulcemus, pauloque arctius, modeſte tamen, faſciis conſtringimus, eorumque coalitum adiuvamus. Sin eiusmodi fragmentum, elapſo menſis ſpatio, cum reliquo oſſe non conferbuit, ſed magis etiam ab eo receſſit, nec tamen prorſus ſeparatum eſt, eo nitimur, ut id leniter movendo, ſurſum elevando deorſumve trahendo, aut ope ſcalpelli deglubendo, a partibus carneis ſeparemus, quae fortaſſe paulo ſuperius ad ipſum usque articulum tendunt, non ſumus ſolliciti, eaque ſorti ſuae relinquimus *a*). Illa vero minora, breviora,

a) *Felix* WÜRZIVS, & GOVEY iam olim, uti apud HEISTERVM l. c. p 169. legi poteſt, fiſſuras oſſium extremis artubus idonea faſciandi ratione curaverunt. Sin aliquando, quod tamen animadvertere nobis nondum licuit, membrum truncatum adeo usque longis oſſium fiſſuris affectum fuerit, quae ad articulum usque aſcendant, neque faſciis conſtringi & curari poſſint; nos, hoc mali genere deprehenſo, iis in locis, ubi nulla magna vaſa ſanguifera decurrent, plagas duas faciemus & tam longas, quam truncata pars ipſa erit, ſcilicet ab ipſo articulo usque ad finem trunci protenſas, & tam altas, ut os nudetur, & in tantum ab ſe invicem diſtantes, quam latum erit oſſis fragmentum eximendum. Cutis carnisque partem, inter

viora, acutiora, cum oſſe reliquo non coalitura, modo ſupra iam dicto, quantocyus fieri poteſt, & primis quidem ſex vel octo deligationibus, tollere conamur; in quavis vero deligatione partes carneas verſus inferiora manibus modeſte deducimus, truncamque partem faſciis, quam licet, arcte conſtringimus, eamque ad finem curationis usque quotidie bis aut ter ſpiritu vini perfundimus. Atque hac quidem medendi via id conſequimur, ut ii, qui iſto modo vulnerati erant, quarto quintove menſe ſanitatem, qualem poſſunt, recipiant.

§. XXII.

Sunt tamen aliae quaedam obſervationes neceſſariae. Itaque ſi vulneratus, ut fere fit, ex nimia ſanguinis profuſione imbecillus factus eſt, id nobis potiſſimum curae eſt, ut iuſcula carnium, quibus varia olera inferbuerunt,

inter plagas ambas illas comprehenſam, ſcalpello & ferramento illo, quod figuram folii myrti habet, ab oſſe ſeparabimus, cum eo tamen, ut vaſculis, per partem eam ipſam pertextis, quoad eius fieri poſſit, parcamus. Deinde oſſis fragmentum in loco articuli, ubi id adhaerebit, a ligamentis ſcalpello ſeparatum, eximemus. Sique neceſſitas urgebit, vaſa ſanguifera, per partem carneam illam decurrentia, antea devinciemus, & poſt demum eximemus fragmentum illud. Quo quidem exemto, vaſcula illa a vincturis liberabimus, partem carneam in locum naturalem reponemus, vulnuscula, acubus facta, quotidie bene nutriemus, totamque partem truncam eo, qui hoc ipſo §. dictus eſt, modo curabimus.

buerunt, eius imbecillitati ſuccurrant, ut aegro paululum vini, aqua diluti, porrigatur. Praeterea corticem Peruvianum ad drachmam dimidiam omni quatuor horarum intervallo elapſo damus, donec arteriarum pulſus ſatis magnus eſſe, ac pus, idque bonae notae, moveri coepit. Tum carnem damus, oleribus variisque alicae generibus adiectis; itemque aquam cum aceto aut ſpiritu vitrioli. Eo tempore, quo puris nimia copia fertur, nec non tum, cum ulcus cicatricem contracturum eſſe videtur, alvum ſemel aut bis dato ſale amaricante ſolvimus, poſteaquam per aliquot dies pulviſculos abſorbentes aeger ſumſit. Porro interdiu tenue infuſum corticis Peruviani, ante & poſt cibum vero Elixirium roborans acidulatum, verſus noctem pulviſculum, ex parte una corticis Peruviani & quarta parte medicamenti abſorbentis compoſitum, damus. Elixirium iſtud roborans haec habet: Extracti abſinthii unciam dimidiam, extracti gentianae rubrae, extracti centaurii minoris, extracti malorum aurantiorum immaturorum, extracti trifolii fibrini, ſingulorum drachmam unam, ſpiritus vini rectificati uncias quatuor, aquae menthae vinoſae unciam unam, quibus leni igne ſolutis colatisque addimus ſpiritus nitri dulcis unciam dimidiam, olei vitrioli guttas triginta.

§. XXIII.

Praeterea (§. XXII.) iſtius generis aegrotos in febrem incidere rarum non eſt. Febris magno horrore, ipſo interdum dentium ſtridore, incipit, hominemque aut per ſemi horam, aut per horam, & diutius quoque concutit; tum mediocrem calorem excitat, & poſt tres

quatuorve horas ſudore leni finitur; deinde per horas duas tresve quieſcit; poſt rurſus incipit,& finitur ut ante. Aliquando alvus ſimul deiicitur. Febris autem huius modi fere moveri ſolet, ſi ſtomachus parum concoquit, ſi cibus multus, crudus, pinguis, &, qui facile corrumpitur, aſſumtus eſt; ſi pus a venis reſorbtum ſanguinem inficere & inflammare coepit; ſi aër impurus hominem peſſum dedit, quod in noſocomiis vix ac ne vix quidem evitari poteſt. Huic autem febri protinus occurrendum eſt, ne ſanguinem in putridam ſaniem diſſolvat, neque ipſa in valde putrem transeat. Quam ob rem ſi febris ſine alvi deiectionibus eſt, pulvisculum ex rhabarbaro & ipecacuanha compoſitum damus, hominemque vomere cogimus; ſin & alvi deiectio eſt, hoc idem altero, interdum etiam tertio, die facimus, interdiu vero aliquantum elixirii roborantis §. anteced. praeſcripti damus; verſus ſomni tempus homini, qui mane vomuit, damus drachmam dimidiam aut ſcrupulos duos pulveris anodyni ſimplicis, qui haec habet: radicis ſerpentariae Virginianae, zedoariae, elaeoſacchari ex oleo foeniculi, ſingulorum ſcrupulos duos, cornu cervi uſti grana ſedecim, maſſae pilularum de cynogloſſa grana viginti quatuor. Praeterea quotidie damus & elixirium illud roborans, & pulverem quendam chinatum compoſitum, & decoctum ex ſpeciebus roborantibus factum. Pulvis ille chinatus ex his conſtat: pulveris corticis Peruviani optimi drachmae duae, elaeoſacchari ex oleo foeniculi, ſalis ammoniaci, ſingulorum drachma una. Species roborantes fiunt ex his: Herbae veronicae, meliſſae, millefolii, ſingulorum uncia dimidia, menthae drachmae duae, chamomillae

florum

florum uncia una, papaveris erratici uncia dimidia, malorum aurantiorum corticis drachmae duae, raſurae ligni ſaſſafras, caſſiae ligneae, carui ſeminis, ſingulorum drachma una, corticis Peruviani unciae quatuor, radicis ſerpentariae Virginianae uncia una; quae concidenda ſunt & conterenda. Medicamentis autem illis adhibitis vinci febris ſolet.

§. XXIV.

Haec hactenus de artubus truncatis. Sequitur de illo caſu, ubi glans plumbea, aut informis gleba ferrea plumbeave, oſſa pedis, manus, cruris, cubiti, ita perrupit atque colliſit, ut pars illa non quidem prorſus & ſic, uti §. XXI. diximus, truncata ſit, tam miſere tamen contuſa & colliſa, ut huc illuc labet pendeatque. Quod ſi incidit, foramina, quae glans aut gleba fecit, ampliamus atque longe producimus, carnes ab oſſibus ſeparamus, & plagas usque adeo amplas facimus, ut oſſa colliſa, eo ſaltem loco, ubi transverſim perfracta ſunt, nudata ſint & in poteſtate noſtrorum digitorum. Fragmenta oſſea, quotquot poſſunt & debent, protinus ſeparamus, & una cum glande aliisque rebus alienis extrahimus. Si glandes foramina duo fecerunt, idem de his, quod de uno illo, ſcire licet. Et quia aliquando expedit, id, quod ſupereſt, adverſa parte aperire, etiam hoc idem facimus, ſive foramen unum, ſive duo ſunt; atque haec nova vulnera aeque ampliamus, ut oſſa diffracta glebasque facile eximere poſſimus. Caeterum vulnus curamus eadem ratione, quae §. XXI. dicta eſt. Scilicet in poſteris deligationibus fragmenta oſſea, quaecunque vel ſponte deceſſerunt, vel

quatuorve horas ſudore leni finitur; deinde per horas duas tresve quieſcit; poſt rurſus incipit,& finitur ut ante. Aliquando alvus ſimul deiicitur. Febris autem huius modi fere moveri ſolet, ſi ſtomachus parum concoquit, ſi cibus multus, crudus, pinguis, &, qui facile corrumpitur, aſſumtus eſt; ſi pus a venis reſorbtum ſanguinem inficere & inflammare coepit; ſi aër impurus hominem peſſum dedit, quod in noſocomiis vix ac ne vix quidem evitari poteſt. Huic autem febri protinus occurrendum eſt, ne ſanguinem in putridam ſaniem diſſolvat, neque ipſa in valde putrem transeat. Quam ob rem ſi febris ſine alvi deiectionibus eſt, pulvisculum ex rhabarbaro & ipecacuanha compoſitum damus, hominemque vomere cogimus; ſin & alvi deiectio eſt, hoc idem altero, interdum etiam tertio, die facimus, interdiu vero aliquantum elixirii roborantis §. anteced. praeſcripti damus; verſus ſomni tempus homini, qui mane vomuit, damus drachmam dimidiam aut ſcrupulos duos pulveris anodyni ſimplicis, qui haec habet: radicis ſerpentariae Virginianae, zedoariae, elaeoſacchari ex oleo foeniculi, ſingulorum ſcrupulos duos, cornu cervi uſti grana ſedecim, maſſae pilularum de cynogloſſa grana viginti quatuor. Praeterea quotidie damus & elixirium illud roborans, & pulverem quendam chinatum compoſitum, & decoctum ex ſpeciebus roborantibus factum. Pulvis ille chinatus ex his conſtat: pulveris corticis Peruviani optimi drachmae duae, elaeoſacchari ex oleo foeniculi, ſalis ammoniaci, ſingulorum drachma una. Species roborantes fiunt ex his: Herbae veronicae, meliſſae, millefolii, ſingulorum uncia dimidia, menthae drachmae duae, chamomillae

florum

florum uncia una, papaveris erratici uncia dimidia, malorum aurantiorum corticis drachmae duae, raſurae ligni ſaſſafras, caſſiae ligneae, carui ſeminis, ſingulorum drachma una, corticis Peruviani unciae quatuor, radicis ſerpentariae Virginianae uncia una; quae concidenda ſunt & conterenda. Medicamentis autem illis adhibitis vinci febris ſolet.

§. XXIV.

Haec hactenus de artubus truncatis. Sequitur de illo caſu, ubi glans plumbea, aut informis gleba ferrea plumbeave, oſſa pedis, manus, cruris, cubiti, ita perrupit atque colliſit, ut pars illa non quidem prorſus & ſic, uti §. XXI. diximus, truncata ſit, tam miſere tamen contuſa & colliſa, ut huc illuc labet pendeatque. Quod ſi incidit, foramina, quae glans aut gleba fecit, ampliamus atque longe producimus, carnes ab oſſibus ſeparamus, & plagas usque adeo amplas facimus, ut oſſa colliſa, eo ſaltem loco, ubi transverſim perfracta ſunt, nudata ſint & in poteſtate noſtrorum digitorum. Fragmenta oſſea, quotquot poſſunt & debent, protinus ſeparamus, & una cum glande aliisque rebus alienis extrahimus. Si glandes foramina duo fecerunt, idem de his, quod de uno illo, ſcire licet. Et quia aliquando expedit, id, quod ſupereſt, adverſa parte aperire, etiam hoc idem facimus, ſive foramen unum, ſive duo ſunt; atque haec nova vulnera aeque ampliamus, ut oſſa diffracta glebasque facile eximere poſſimus. Caeterum vulnus curamus eadem ratione, quae §. XXI. dicta eſt. Scilicet in poſteris deligationibus fragmenta oſſea, quaecunque vel ſponte deceſſerunt, vel

ſeparari poſſunt & debent, eiicimus; ſique maiora fragmenta eximenda ſunt, primo id, quod extrahi oportet, a partibus carneis ſeparamus, deinde ferra valde parva, cui lamina admodum tenuis minimeque lata, ac modo recta, modo curva, eſt, praecidimus, quocunque modo licet, ſive ab inferioribus ſurſum, ſive a ſuperioribus deorſum, ſive a laterum alterutro, ferram ducendo. Quae quidem curatio in oſſibus cruris & cubiti nobis ſaepius tam bene ceſſit, ut fragmenta, trium, quatuor, pluriumque pollicum latitudinem aequantia, ejiceremus. Alia oſſa, qualia ſunt oſſa manuum & pedum, tota ſeparavimus atque exemimus, ſive perfracta comminutaque fuerint, ſive non fuerint. Si gleba in canalem oſſis longioris penetravit, os nudamus, vel ea, qua gleba irrupit, vel adverſa parte; deinde os bis terve modiolo perforamus, glebamque, & quicquid ex oſſibus comminutum eſt, eiicimus. Si glans articulum cubiti vel genu a latere perrupit, adeoque plura oſſa uno ictu colliſit, nihil novamus, ac nihilo minus ſola vulnerum ampliatione, fragmentorumque oſſeorum extractione, artus perſanamus. Curavimus etiam hominem, cui in cavo oſſis humeri ſiniſtri haerebat glans plumbea, quam eximi homo non patiebatur; quae tamen vulneris perſanationem non impedivit, nihilque mali reliquit, niſi mediocrem tumorem partis oſſeae illius, ubi glans hoc ipſo tempore, quo ſcribimus, haeret *a*). Sed quaeret fortaſſe aliquis, num fieri poſſit, ut

a) Vulneratus ille miles ex militibus Praetorianis eſt, & hoc, cum ſcribimus, tempore ſub ſignis noſtri Regis militat.

ut glans plumbea in oſſis cavum penetret, nec tamen os collidat findatque, ut in hoc caſu factum eſſe videtur? tantoque minus veriſimile ipſi videbitur, id poſſe fieri, quo magis aſſeverare poſſumus, oſſa hominis iſtius prorſus firma ac dura, nulloque modo emollita aut ſpongioſa, fuiſſe, & quo certius eſt, a vulneribus his mediocribus aeque atque a graviſſimis metuendas eſſe oſſium fiſſuras aliaque mala ſupra propoſita. Sed quidquid huius rei ſit, huius generis vulnera hac ratione tractamus. Oſſa, partim ſiccis linamentis, partim eſſentiis balſamicis, atque, pro rerum natura, iniectionibus quoque, partes carneas unguento digeſtivo, curamus, & membrum obligatum ſpiritu vini perfundimus, prorſus ut §. XXI. docuimus. Suppurationis modum temperamus; oſſium fragmenta ſatis adhaerentia diligentius communimus ac tuemur; ubicunque fieri poteſt, carne cuteque contegimus, manibus permulcendo in ſedem naturalem damus, acutas eorum eminentias ſiccis linamentis bene obtegimus, atque idoneis medicamentis, eſſentiis balſamicis, pulveribus variis, maxime eo, quem §. X. praeſcripſimus, alcohole, aliisque eo perducimus, ut ſquama ſecedat. Membrum praeterea in ſitu naturali retinemus, dum brachium vel mitella vel canaliculo ſuſpendimus, pedem vero vel in PETITI arculam coniicimus, vel in linteum valens, quod utrinque bacilla lignea habet, ſtramine ac linteis obvoluta, quale vocari a Chirurgis Germanis ſolet *eine Strohlade.* In quavis vulneris obligatione curas cogitationesque in eo defigimus, qui artus & ſupra & infra vulnus linteis complicatis & faſciis ſatis arcte, modeſte tamen, conſtringamus, fragmentorumque iſto modo glutinatio-

ſeparari poſſunt & debent, eiicimus; ſique maiora fragmenta eximenda ſunt, primo id, quod extrahi oportet, a partibus carneis ſeparamus, deinde ferra valde parva, cui lamina admodum tenuis minimeque lata, ac modo recta, modo curva, eſt, praecidimus, quocunque modo licet, ſive ab inferioribus ſurſum, ſive a ſuperioribus deorſum, ſive a laterum alterutro, ferram ducendo. Quae quidem curatio in oſſibus cruris & cubiti nobis ſaepius tam bene ceſſit, ut fragmenta, trium, quatuor, pluriumque pollicum latitudinem aequantia, ejiceremus. Alia oſſa, qualia ſunt oſſa manuum & pedum, tota ſeparavimus atque exémimus, ſive perfracta comminutaque fuerint, ſive non fuerint. Si gleba in canalem oſſis longioris penetravit, os nudamus, vel ea, qua gleba irrupit, vel adverſa parte; deinde os bis terve modiolo perforamus, glebamque, & quicquid ex oſſibus comminutum eſt, eiicimus. Si glans articulum cubiti vel genu a latere perrupit, adeoque plura oſſa uno ictu colliſit, nihil novamus, ac nihilo minus ſola vulnerum ampliatione, fragmentorumque oſſeorum extractione, artus perſanamus. Curavimus etiam hominem, cui in cavo oſſis humeri ſiniſtri haerebat glans plumbea, quam eximi homo non patiebatur; quae tamen vulneris perſanationem non impedivit, nihilque mali reliquit, niſi mediocrem tumorem partis oſſeae illius, ubi glans hoc ipſo tempore, quo ſcribimus, haeret *a*). Sed quaeret fortaſſe aliquis, num fieri poſſit,

ut

a) Vulneratus ille miles ex militibus Praetorianis eſt, & hoc, cum ſcribimus, tempore ſub ſignis noſtri Regis militat.

ut glans plumbea in oſſis cavum penetret, nec tamen os collidat findatque, ut in hoc caſu factum eſſe videtur? tantoque minus veriſimile ipſi videbitur, id poſſe fieri, quo magis aſſeverare poſſumus, oſſa hominis iſtius prorſus firma ac dura, nulloque modo emollita aut ſpongioſa, fuiſſe, & quo certius eſt, a vulneribus his mediocribus aeque atque a graviſſimis metuendas eſſe oſſium fiſſuras aliaque mala ſupra propoſita. Sed quidquid huius rei ſit, huius generis vulnera hac ratione tractamus. Oſſa, partim ſiccis linamentis, partim eſſentiis balſamicis, atque, pro rerum natura, iniectionibus quoque, partes carneas unguento digeſtivo, curamus, & membrum obligatum ſpiritu vini perfundimus, prorſus ut §. XXI. docuimus. Suppurationis modum temperamus; oſſium fragmenta ſatis adhaerentia diligentius communimus ac tuemur; ubicunque fieri poteſt, carne cuteque contegimus, manibus permulcendo in ſedem naturalem damus, acutas eorum eminentias ſiccis linamentis bene obtegimus, atque idoneis medicamentis, eſſentiis balſamicis, pulveribus variis, maxime eo, quem §. X. praeſcripſimus, alcohole, aliisque eo perducimus, ut ſquama ſecedat. Membrum praeterea in ſitu naturali retinemus, dum brachium vel mitella vel canaliculo ſuſpendimus, pedem vero vel in PETITI arculam coniicimus, vel in linteum valens, quod utrinque bacilla lignea habet, ſtramine ac linteis obvoluta, quale vocari a Chirurgis Germanis ſolet *eine Strohlade.* In quavis vulneris obligatione curas cogitationesque in eo deſigimus, qui artus & ſupra & infra vulnus linteis complicatis & faſciis ſatis arcte, modeſte tamen, conſtringamus, fragmentorumque iſto modo glutinatio-

nem adiuvemus, atque, quo minus fiat puris reſorbtio, impediamus. Victum denique & medicamenta intus aſſumenda prorſus ſic, uti §. XXII, praeſcribimus. Hac igitur medendi via ingreſſi, plurimos iſto modo vulneratos aut ſecundo, aut tertio, aut quarto, octavoque etiam, menſe ſanitati reddidimus. Poſſumus quoque nos ipſi fidem facere HORSTIO, qui fieri poſſe aſſeruit, ut homo, cui magna pars & tibiae & fibulae oſſis ademta eſt, poſt abſolutam curationem ſatis commode ingrediatur, parumque ex vulnere accepto claudicet *a*).

§. XXV.

Sed tam mali vulneris ſanatio ſine ullo periculo eſſe non poteſt. Vulneratus igitur non ſolum in febrem illam (§. XXIII.) facile incidit, verum ipſo etiam vulnere periclitatur. Utrumque tamen, ſcilicet & febris illa (§. XXIII.), & novum hoc ex vulnere periculum, de quo nobis mox ſermo erit, mutuum nexum inter ſeſe habent, adeo ut alterum alterum fere ſemper comitetur. Fit enimvero ſubito & citra opinionem cogitationemque tum vulnerati, tum Medicorum & Chirurgorum, ut vulnera cito areſcant, putrida evadant, foedumque ſpirent odorem, vicinae partes vero per

a) Vid. HORSTII *Obſervat. medic. Part. II. L. IV. Obſ. X.* Luculentum teſtimonium feliciſſimae ſanationis huius modi perhibere & crus ea ratione ſanatum oſtendere poteſt Vir generoſus *de* FENGLER, Subcenturio in Legione, quae a Principe Aſcanio-Baerenburgico nomen habet.

per aliquot dies plus minusve inflammentur, hisque elapsis mollescant, oedematibus simili tumore turgidae. Qui quidem tumor aut in abscessum, qui bonum pus alit, aut in pernicialem putredinem, nullo abscessu comitatam, abit. Nonnunquam etiam ingens tarmitum agmen militis, misere vulnerati, plagam vexat. Quod ad febrem pertinet, nihil novamus, sed idem, quod §. XXIII. praeceptum est, agimus. Curatio, extrinsecus adhibenda, maxime ad tollendam inflammationem dirigitur. Quae quidem hoc casu, uti alias, ad suppurationem perducitur: abscessus deinde aperiuntur, qui nonnunquam admodum magni sacci sunt, pure repleti. Puris resorbtionem modesta vicinarum partium compressione cavemus. Sin inflammatio vehementior, si aeger iuvenis aut adolescentiae propior est, eam moderamur tum sanguinis missione, tum aliis remediis, quae facultatem digerendi discutiendique habent. Quodsi vero ipsius inflammationis causae in aprico sunt, hae ipsae tolli debent. Acutas igitur fragmentorum osseorum eminentias, vicinis partibus inimicas, scalpro vel serra praescindimus; pressionem, intentionemque vulneris tollimus, dum illud, quod premit, auferimus, id vero, quod intentum est, plus minusve alte incidimus, vulnusque ampliamus. At vulneris ariditati ac putredini succurrimus insperſione pulveris illius ex sale ammoniaco, nitro & camphora compositi (§. X.), superinfuso deinde oleo terebinthinae; vel in illas ipsas plagas a Chirurgo factas, & in vulnus etiam, immitti iubemus medicamentum, quod habet, spiritus vini rectificati uncias quatuor, spiritus terebinthinae unciam dimidiam, spiritus salis ammoniaci drachmas tres. Simul mem-

membrum, a nimia faſciarum mole liberatum, fomentationum §. X. XI. praeſcriptarum aliqua, morbo & vulnerato accommodata, quam aſſiduiſſime interdiu & noctu fovendum eſt. Tarmites fugamus, tum faſcias, veſtes, lintea, ſtragula, ſaepius mutando mundandoque, tum illis ſupra dictis, quae putredini medentur, medicamentis, maxime aloës tinctura aut vitrioli tinctura, qua linteum madefieri, idque ſtragulis ſuperimponi debet. Videndum tamen eſt, ne aloës tinctura membrum affectum, multoque minus vulnera ipſa contingat, ne aloë, a vaſculis reſorbentibus abſorbta, deiectiones alvi moveat, quamvis aloë caeteroquin putredini reſiſtat, & medicamentum traumaticum ſit ſatis commendabile.

§. XXVI.

Artus autem a glandibus plumbeis, globis ferreis ſimilibusque rebus graviſſime vulneratos, laceratos & colliſos, per atrociſſimi huius belli tempus admodum frequentes habuimus atque, Deo favente, perſanavimus, non alia, quam dicta illa §. XXIV. XXV. ratione, neque unquam adhibita membri amputatione. Atque ſanationem hac via & proſecuti & conſecuti ſumus, etiamſi quam evidentiſſimum eſſet, oſſa vehementer colliſa comminutaque, magna vaſa ſanguifera perrupta, magnamque carnium molem miſere laniatam eſſe; & quanquam & in illis partibus truncatis (§. XXI.), & in iis perfractis comminutisque (§. XXIV.), fiſſuras oſſium utrinque verſus articulos extenſas, curationem difficilem tardamque, ſuppurationem nimis largam, ſanguinis profuſionem, inflammationem, tumores, putredinoſam

ſam corruptionem, gangraenam ſphacelumque, ac mortem ipſam, pro rerum natura, metuenda eſſe cernemus. At interrogabit nos fortaſſe aliquis, anne multi ex iis, qui tam graviter vulnerati fuerunt, vitam cum morte commutarint? Protinus reſpondebimus. Praeter ea etiam, dicet alius, nihil dixiſtis de colliſo brachio, de colliſo femore. Quid igitur faciendum erit, ſi vel humeri, vel femoris os ad caput ſummum usque fiſſum fuerit, adeo ut ſpes nulla ſit, id faſciarum conſtrictione glutinari poſſe? Tandem hactenus nihil dictum eſt de laeſione arteriae brachialis & cruralis, illiusque inſignis rami arterioſi, qui vel inter tibiam & fibulam, vel inter ulnam & radium repit, & utrinque arteria interoſſea dici poteſt; ſive vaſorum eorum aperturae ſine oſſium colliſione, ſive una cum oſſium variis malis coniunctae ſint. Atque ad haec paulo poſt reſponſionem dabimus. Primo autem quaeſtioni illi, quoad poterit, ſatisfiet.

§. XXVII.

Equidem cum per tempus huius belli aliquando noſocomio militari, ſexies mille ſexcentos & duo de viginti vulneratos complectenti, praefectus eſſem, omniumque illorum miſerorum curationem a primis initiis ad finem usque partim direxiſſem, partim propria manu abſolviſſem; abſolutis omnibus curationibus, quinquies mille quingenti quinquaginta ſeptem ex vulneratis iis plenam ſanitatem conſecuti, rei militaris laboribus ferendis pares evaſerunt; centum nonaginta quinque ita ſanati ſunt, ut pars ad labores militum praeſidiariorum (*halbe Invaliden* noſtrates vocant), pars ad munera civilia obeunda ſufficeret; ducenti tredecim ad civilia

aeque quam ad militaria prorſus invalidi fuerunt (*ganze Invaliden* a noſtratibus nominantur); ſexcenti vero quinquaginta tres vulneribus oppreſſi victique ex vita migrarunt. Illi igitur centum nonaginta quinque, ad labores quosdam idonei, aeque atque illi ducenti tredecim prorſus invalidi, haud dubie fuerunt ex genere eorum, quibus oſſa graviſſime contuſa, colliſa fractaque fuerunt, hoc eſt, fuerunt ex numero eorum, quos Chirurgi caſtrenſes noſtrates *ſchwerfracturirte* vocant. Nam ex noſtris nemo ignorat, nullum militem ob excepta capitis partiumque carnearum vulnera invalidis connumerari, verum iis, quibus poſt vulneris glutinationem ſanationemque fortaſſe imbecillitas aliqua, aut tenſio, aut rigiditas membri ſupereſt, adhiberi varia medicamenta, tum foris, tum intus, ſcilicet unguenta, linimenta, fomenta, ipſasque thermas minerales, atque hac ratione ſanitatem plerumque reddi. Iam etiamſi ponamus, ex illis ſexcentis quinquaginta tribus, morte peremtis, non plures fuiſſe, quam ducentos quadraginta quinque, qui partim ex gravioribus commotionibus & vulneribus capitis, pectoris, abdominis, ſpinae dorſi, partim ex colliſione oſſis femoris, partim ex febribus putridis, diarrhoeis, aliisque morbis internis, qui leviori-bus quoque vulneribus nonnunquam, maxime in noſocomio militari, effoeti impurique aëris pleno, ſupervenium, mortui eſſent, adeoque quadringentos octo fuiſſe gravibus oſſium colliſionibus extinctos; numerus tamen eorum, quibus oſſa, vehementius colliſa, mortem attulerunt, aequiparatur numero eorum, qui, quamvis ſimiliter vulnerati erant, mortem tamen effugerunt, artuum amputationem non experti. Iam cum

ex

tot vulneratis, quibus per priores belli annos ob gravissima vulnera artus resecti sunt, vix unus, alter ne vix quidem, servatus sit; sine errandi periculo poterimus coniectare, haud dubie maximam horum, quos neglecta membri amputatione sanitati reddidimus, vitam sanitatemque cum morte commutaturos fuisse, si vulnus, quod Chirurgus, artum praescindens, facit, ad vulnus, in acie acceptum, accessisset. Ob id ipsum autem, quod vulnerati, quorum artus a Chirurgis praecisi fuerunt, fere omnes decesserunt, nihil dicet is, qui obiecerit, fortasse etiam ex iis, qui ex gravioribus vulneribus mortui sunt, aliquot servari potuisse, si artuum amputatio in tempore & recte administrata fuisset. Atque si praeterea cogites, plures ex illis, qui ex vulneribus, cum ossium collisione coniunctis, mortem oppetierunt, vitam retinere haud dubie potuisse, nisi in nosocomiis, impuro aëre foedis, curati essent; & si simul memineris, ex iis, quibus artus a Chirurgis praeciduntur, duos vitam amittere, si unus eam retinet *a*); facile

a) Vid. *Memoir. de l'Academie de Chirurgie* T. II. p. 256. ubi *cl.* BOUCHER de vulneribus vi sclopetorum factis, & cum ossium fracturis in vicinitate articulorum coniunctis, agit, amputationemque in iis casibus saepius perperam fieri probat, & ex tribus ita curatis fere duos mori, maxime si crus amputetur; sed ex centum sexaginta quinque, quorum collisa ossa non amputata fuerint, ne unum quidem vitam perdidisse. Quem quidem felicem successum tribuit Chirurgi prudentiae, qui fomentationes spirituosas omisit, &

aeque quam ad militaria prorſus invalidi fuerunt (*ganze Invaliden* a noſtratibus nominantur); ſexcenti vero quinquaginta tres vulneribus oppreſſi victique ex vita migrarunt. Illi igitur centum nonaginta quinque, ad labores quosdam idonei, aeque atque illi ducenti tredecim prorſus invalidi, haud dubie fuerunt ex genere eorum, quibus oſſa graviſſime contuſa, colliſa fractaque fuerunt, hoc eſt, fuerunt ex numero eorum, quos Chirurgi caſtrenſes noſtrates *ſchwerfracturirte* vocant. Nam ex noſtris nemo ignorat, nullum militem ob excepta capitis partiumque carnearum vulnera invalidis connumerari, verum iis, quibus poſt vulneris glutinationem ſanationemque fortaſſe imbecillitas aliqua, aut tenſio, aut rigiditas membri ſupereſt, adhiberi varia medicamenta, tum foris, tum intus, ſcilicet unguenta, linimenta, fomenta, ipſasque thermas minerales, atque hac ratione ſanitatem plerumque reddi. Iam etiamſi ponamus, ex illis ſexcentis quinquaginta tribus, morte peremtis, non plures fuiſſe, quam ducentos quadraginta quinque, qui partim ex gravioribus commotionibus & vulneribus capitis, pectoris, abdominis, ſpinae dorſi, partim ex colliſione oſſis femoris, partim ex febribus putridis, diarrhoeis, aliisque morbis internis, qui leviori-bus quoque vulneribus nonnunquam, maxime in noſocomio militari, effoeti impurique aëris pleno, ſupervenirunt, mortui eſſent, adeoque quadringentos octo fuiſſe gravibus oſſium colliſionibus extinctos; numerus tamen eorum, quibus oſſa, vehementius colliſa, mortem attulerunt, aequiparatur numero eorum, qui, quamvis ſimiliter vulnerati erant, mortem tamen effugerunt, artuum amputationem non experti. Iam cum

tot vulneratis, quibus per priores belli annos ob gravissima vulnera artus resecti sunt, vix unus, alter ne vix quidem, servatus sit; sine errandi periculo poterimus coniectare, haud dubie maximam horum, quos neglecta membri amputatione sanitati reddidimus, vitam sanitatemque cum morte commutaturos fuisse, si vulnus, quod Chirurgus, artum praescindens, facit, ad vulnus, in acie acceptum, accessisset. Ob id ipsum autem, quod vulnerati, quorum artus a Chirurgis praecisi fuerunt, fere omnes decesserunt, nihil dicet is, qui obiecerit, fortasse etiam ex iis, qui ex gravioribus vulneribus mortui sunt, aliquot servari potuisse, si artuum amputatio in tempore & recte administrata fuisset. Atque si praeterea cogites, plures ex illis, qui ex vulneribus, cum ossium collisione coniunctis, mortem oppetierunt, vitam retinere haud dubie potuisse, nisi in nosocomiis, impuro aëre foedis, curati essent; & si simul memineris, ex iis, quibus artus a Chirurgis praeciduntur, duos vitam amittere, si unus eam retinet *a*); facile

a) Vid. *Memoir. de l'Academie de Chirurgie* T. II. p. 256. ubi *cl.* BOUCHER de vulneribus vi sclopetorum factis, & cum ossium fracturis in vicinitate articulorum coniunctis, agit, amputationemque in iis casibus saepius perperam fieri probat, & ex tribus ita curatis fere duos mori, maxime si crus amputetur; sed ex centum sexaginta quinque, quorum collisa ossa non amputata fuerint, ne unum quidem vitam perdidisse. Quem quidem felicem successum tribuit Chirurgi prudentiae, qui fomentationes spirituosas omisit, &

aeque quam ad militaria prorſus invalidi fuerunt (*ganze Invaliden* a noſtratibus nominantur); ſexcenti vero quinquaginta tres vulneribus oppreſſi victique ex vita migrarunt. Illi igitur centum nonaginta quinque, ad labores quosdam idonei, aeque atque illi ducenti tredecim prorſus invalidi, haud dubie fuerunt ex genere eorum, quibus oſſa graviſſime contuſa, colliſa fractaque fuerunt, hoc eſt, fuerunt ex numero eorum, quos Chirurgi caſtrenſes noſtrates *ſchwerfracturirte* vocant. Nam ex noſtris nemo ignorat, nullum militem ob excepta capitis partiumque carnearum vulnera invalidis connumerari, verum iis, quibus poſt vulneris glutinationem ſanationemque fortaſſe imbecillitas aliqua, aut tenſio, aut rigiditas membri ſupereſt, adhiberi varia medicamenta, tum foris, tum intus, ſcilicet unguenta, linimenta, fomenta, ipſasque thermas minerales, atque hac ratione ſanitatem plerumque reddi. Iam etiamſi ponamus, ex illis ſexcentis quinquaginta tribus, morte peremtis, non plures fuiſſe, quam ducentos quadraginta quinque, qui partim ex gravioribus commotionibus & vulneribus capitis, pectoris, abdominis, ſpinae dorſi, partim ex colliſione oſſis femoris, partim ex febribus putridis, diarrhoeis, aliisque morbis internis, qui leviori-bus quoque vulneribus nonnunquam, maxime in noſocomio militari, effoeti impurique aëris pleno, ſupervenirunt, mortui eſſent, adeoque quadringentos octo fuiſſe gravibus oſſium colliſionibus extinctos; numerus tamen eorum, quibus oſſa, vehementius colliſa, mortem attulerunt, aequiparatur numero eorum, qui, quamvis ſimiliter vulnerati erant, mortem tamen effugerunt, artuum amputationem non experti. Iam cum

ex

ci tot vulneratis, quibus per priores belli annos ob graviſſima vulnera artus reſecti ſunt, vix unus, alter ne vix quidem, ſervatus ſit; ſine errandi periculo poterimus coniectare, haud dubie maximam horum, quos neglecta membri amputatione ſanitati reddidimus, vitam ſanitatemque cum morte commutaturos fuiſſe, ſi vulnus, quod Chirurgus, artum praeſcindens, facit, ad vulnus, in acie acceptum, acceſſiſſet. Ob id ipſum autem, quod vulnerati, quorum artus a Chirurgis praeciſi fuerunt, fere omnes deceſſerunt, nihil dicet is, qui obiecerit, fortaſſe etiam ex iis, qui ex gravioribus vulneribus mortui ſunt, aliquot ſervari potuiſſe, ſi artuum amputatio in tempore & recte adminiſtrata fuiſſet. Atque ſi praeterea cogites, plures ex illis, qui ex vulneribus, cum oſſium colliſione coniunctis, mortem oppetierunt, vitam retinere haud dubie potuiſſe, niſi in noſocomiis, impuro aëre foedis, curati eſſent; & ſi ſimul memineris, ex iis, quibus artus a Chirurgis praeciduntur, duos vitam amittere, ſi unus eam retinet *a*); facile

a) Vid. *Memoir. de l'Academie de Chirurgie* T. II. p. 256. ubi *cl.* BOUCHER de vulneribus vi ſclopetorum factis, & cum oſſium fracturis in vicinitate articulorum coniunctis, agit, amputationemque in iis caſibus ſaepius perperam fieri probat, & ex tribus ita curatis fere duos mori, maxime ſi crus amputetur; ſed ex centum ſexaginta quinque, quorum colliſa oſſa non amputata fuerint, ne unum quidem vitam perdidiſſe. Quem quidem felicem ſucceſſum tribuit Chirurgi prudentiae, qui fomentationes ſpirituoſas omiſit, &

aeque quam ad militaria prorſus invalidi fuerunt (*ganze Invaliden* a noſtratibus nominantur); ſexcenti vero quinquaginta tres vulneribus oppreſſi victique ex vita migrarunt. Illi igitur centum nonaginta quinque, ad labores quosdam idonei, aeque atque illi ducenti tredecim prorſus invalidi, haud dubie fuerunt ex genere eorum, quibus oſſa graviſſime contuſa, colliſa fractaque fuerunt, hoc eſt, fuerunt ex numero eorum, quos Chirurgi caſtrenſes noſtrates *ſchwerfracturirte* vocant. Nam ex noſtris nemo ignorat, nullum militem ob excepta capitis partiumque carnearum vulnera invalidis connumerari, verum iis, quibus poſt vulneris glutinationem ſanationemque fortaſſe imbecillitas aliqua, aut tenſio, aut rigiditas membri ſupereſt, adhiberi varia medicamenta, tum foris, tum intus, ſcilicet unguenta, linimenta, fomenta, ipſasque thermas minerales, atque hac ratione ſanitatem plerumque reddi. Iam etiamſi ponamus, ex illis ſexcentis quinquaginta tribus, morte peremtis, non plures fuiſſe, quam ducentos quadraginta quinque, qui partim ex gravioribus commotionibus & vulneribus capitis, pectoris, abdominis, ſpinae dorſi, partim ex colliſione oſſis femoris, partim ex febribus putridis, diarrhoeis, aliisque morbis internis, qui levioribus quoque vulneribus nonnunquam, maxime in noſocomio militari, effoeti impurique aëris pleno, ſupervenirunt, mortui eſſent, adeoque quadringentos octo fuiſſe gravibus oſſium colliſionibus extinctos; numerus tamen eorum, quibus oſſa, vehementius colliſa, mortem attulerunt, aequiparatur numero eorum, qui, quamvis ſimiliter vulnerati erant, mortem tamen effugerunt, artuum amputationem non experti. Iam cum

ex

tot vulneratis, quibus per priores belli annos ob graviſſima vulnera artus reſecti ſunt, vix unus, alter ne vix quidem, ſervatus ſit; ſine errandi periculo poterimus coniectare, haud dubie maximam horum, quos neglecta membri amputatione ſanitati reddidimus, vitam ſanitatemque cum morte commutaturos fuiſſe, ſi vulnus, quod Chirurgus, artum praeſcindens, facit, ad vulnus, in acie acceptum, acceſſiſſet. Ob id ipſum autem, quod vulnerati, quorum artus a Chirurgis praeciſi fuerunt, fere omnes deceſſerunt, nihil dicet is, qui obiecerit, fortaſſe etiam ex iis, qui ex gravioribus vulneribus mortui ſunt, aliquot ſervari potuiſſe, ſi artuum amputatio in tempore & recte adminiſtrata fuiſſet. Atque ſi praeterea cogites, plures ex illis, qui ex vulneribus, cum oſſium colliſione coniunctis, mortem oppetierunt, vitam retinere haud dubie potuiſſe, niſi in noſocomiis, impuro aëre foedis, curati eſſent; & ſi ſimul memineris, ex iis, quibus artus a Chirurgis praeciduntur, duos vitam amittere, ſi unus eam retinet *a*); facile

a) Vid. *Memoir. de l'Academie de Chirurgie* T. II. p. 256. ubi *cl.* BOUCHER de vulneribus vi ſclopetorum factis, & cum oſſium fracturis in vicinitate articulorum coniunctis, agit, amputationemque in iis caſibus ſaepius perperam fieri probat, & ex tribus ita curatis fere duos mori, maxime ſi crus amputetur; ſed ex centum ſexaginta quinque, quorum colliſa oſſa non amputata fuerint, ne unum quidem vitam perdidiſſe. Quem quidem felicem ſucceſſum tribuit Chirurgi prudentiae, qui fomentationes ſpirituoſas omiſit, &

facile fateberis, eam curandi rationem, qua artus conſervare, amputationemque evitare, ſtudemus, huic, qua membra reſecantur, longe eſſe anteferendam.

§. XXVIII.

Tandem hoc etiam addendum eſt, eorum, qui, in noſocomia noſtra importati, vulneribus conficiuntur ac pereunt, maximum ſemper numerum complere illos, quibus os femoris in ſumma parte diffractum colliſumque fuit. Quos cum neque medicamentis manuumque mitiori opera, niſi perquam raro, neque hactenus amputatione, ſanare licuerit; facile patet, his ex numero illo demortuorum §. praeced. detractis, multo plures ſine amputatione vitam retinuiſſe, quam mortuos eſſe. Illi enim, qui aut femur, aut brachium in ſumma parte graviſſime colliſum habent, nunquam non plane deſperatis connumerari debent.

§. XXIX.

Nam femur, ut nunc etiam quaedam de eius amputatione dicamus, hactenus ſaltem ſumma ſui parte, quod ſciamus, a nemine eſt feliciter amputatum. Brachium vero aliquando quidem, ſed tamen perquam raro ita curatum eſt. Nec quenquam latet, a peritiſſimis Auctoribus praecipi, ut femur tantummodo in infima eius parte, prope genu, ſcalpello & ſerra perſecemus. Verum ſi ponas, femur, tum cum fiſſum colliſumque non ſit, aliquando circa partem mediam praeſcindi, & prae-

mollientibus, paulum reſolventibus doloremque ſedantibus, uſus eſt.

praeſciſſum deligari, bono cum ſucceſſu poſſe; vana tamen erit haec manuum opera, quando os ſupra locum amputationis integrum non erit. Quod profecto in vulneratis noſtris frequentiſſimum eſſe ſolet. Atque ſumma haec difficultas, femur paulo ſuperius reſecandi, facit, ut plerique Chirurgorum hominem ita male affectum ſorti dubiae relinquere, quam inſtituta amputatione praecipitare malint. Et nosmet ipſos in eadem ſententia eſſe non negamus. Si vero aliquando hominis exitium plane certum eſſet, niſi membrum praecideretur, ſique tunc dubia ſpes decerneretur certa deſperatione potior eſſe; ego quidem membri exſectionem ex ipſo articulo caeteris amputandi generibus anteferrem. Quanquam enim ea ipſa admodum ardua eſt, illa tamen, quae alias pars truncata adferre ſolet, incommoda & ſymptomata una cum membro ipſo aufert. At vero iſtiusmodi neceſſitas cum vix, niſi fortaſſe poſt laeſa vaſa arterioſa maiora, de quibus §. XXXV. dicemus, incidere poſſit, ſi medendi rationem a nobis quidem hactenus propoſitam ſequi velis; non neceſſe erit, iam pluribus de eo genere amputandi diſputare. Gravioribus enim vulnerum colliſionumque modis eadem, quam ſupra oſtendimus, via ſuccurri hic etiam poſſe, dubium non eſt, dum modo vulnerati neceſſariam illam manuum operam (§. XXXV.) in tempore admitterent, neque in id tempus differrent, quo corpus ſaevitia & concurſu complurium ſymptomatum iamiam confectum, & ad incitas detruſum eſſe ſoler. Dolorem enim a plagis, quas Chirurgus per craſſa illa integumenta in his caſibus facere debet, pertimeſcentes, impediunt, quo minus fragmenta oſſea, par-

tes vicinas vexantia ac pungentia, auferantur, nervoſarum tendinoſarumque partium intentio tollatur, puri exitus detur, & medicamentis, extrinſecus debitoque loco adhibendis, poteſtas permittatur vires ſuas undique & ad interiora usque diffundendi. Quo fere fit, ut homo, ſero demum curatus, ſuccumbat oneri. Et ſi haec quoque impedimenta ſuperare medicatrix natura aliquando poſſit, alia, noſtris ſaltem, vulneratis obiici ſolent. In noſocomiis enim caſtrenſibus, in quibus tot tamque graviter vulnerati decumbunt, multa ſunt, quae vel leviorum vulnerationum perſanationem retardent ipſaque vulnera exaſperent. Quo pertinent immundities, convenientis victus inopia, cubiculares lectus minus commodi, continuus ſtrepitus & clamor ſomnum eripiens, aëris impuritas, frequens admodum, eademque perquam incommoda loci mutatio, aliaque complura. Atque his quidem rebus imputes, quod raro admodum perſanentur in femoribus iſto modo vulnerati. Si tamen ex iis plane nullos, ea medendi ratione, quae a nobis §. XXV. propoſita eſt, ad ſanitatem perductos eſſe aliquis dicere ſuſtineret, milites invalidi ipſi, partim per provincias diſperſi, partim in noſocomiis degentes, cauſam pro nobis noſtraque medendi methodo dicerent. Interea maxime arduam taediique pleniſſimam eſſe curationem graviſſimorum eorum vulnerum, multoque plures ex iis perire, quam ſervari, nolumus negare. Quod vero curationem ipſam, quae unica eſt, diffamare non poteſt. Nam femoris ſummi amputatio, eiusque aut brachii ex articulo exſectio, non modo aeque ardua eſt, ſed ne inter ſecuras quidem curationes connumeranda. Sed ad alia transeamus.

§. XXX.

§. XXX.

Sugillatio, quam ecchymoſin Graeci nominant, paucis attingi etiam debet; ſed tamen non quaelibet, ſed ea potiſſimum, ubi magna humoris vis ſub contuſum locum effuſa eſt, qualis cernitur, ſi grandioris tormenti globus ingentem humoris effuſionem ſub cutem, non laceratam eam quidem, verum tamen cruſtae gangraenoſae haud abſimilem, fecit, atque oſſa ſimul ex ſedibus eorum expulſit, aut miſere colliſit fregitque. Nam graviſſimus hic caſus referri quoque ad eos ſolet, ubi membri amputationem fieri neceſſe ſit. Quod ſi igitur huius modi ecchymoſin Chirurgus accipit curandam, nihil magnopere novandum eſt, cum caſus iſte, etiamſi cutis lacerata non eſt, prorſus ſimilis ſit illi, ubi cutis ſimul disrupta & lacerata. Curatio enim perpaulum differt ab illa, & haec eſſe debet, ut cruſtam gangraenoſam protinus pluribus locis incidamus, pulverem illum §. X. in factas plagas immittamus, unguentumque digeſtivum, eſſentia myrrhae temperatum, ſuperimponamus, omniaque loca, tum affecta, tum ipſis vicina, fomentationibus foveamus, quae tamen in hoc caſu ex genere emollientium eſſe debent, omiſſis iis, quae facultatem ſtimulandi roborandique habent. Oſſa vero diffracta ſimili prorſus medendi ratione curanda ſunt, quam de aliis vulneribus laeſionibusque oſſium propoſuimus §. XX. ſeq. Oſſa ex ſedibus ſuis expulſa, in eas compelli quidem debent, omiſſa tamen illa ratione obligandi, quae membris luxatis adhiberi vulgo ſolet; quae quippe plagas illas, a Chirurgo factas, admodum turbaret, & cruſtae gangraenoſae ſolutionem ſuppurationemque cohiberet.

Mem-

tes vicinas vexantia ac pungentia, auferantur, nervoſarum tendinoſarumque partium intentio tollatur, puri exitus detur, & medicamentis, extrinſecus debitoque loco adhibendis, poteſtas permittatur vires ſuas undique & ad interiora usque diffundendi. Quo fere fit, ut homo, ſero demum curatus, ſuccumbat oneri. Et ſi haec quoque impedimenta ſuperare medicatrix natura aliquando poſſit, alia, noſtris ſaltem, vulneratis obiici ſolent. In noſocomiis enim caſtrenſibus, in quibus tot tamque graviter vulnerati decumbunt, multa ſunt, quae vel leviorum vulnerationum perſanationem retardent ipſaque vulnera exaſperent. Quo pertinent immundities, convenientis victus inopia, cubiculares lectus minus commodi, continuus ſtrepitus & clamor ſomnum eripiens, aëris impuritas, frequens admodum, eademque perquam incommoda loci mutatio, aliaque complura. Atque his quidem rebus imputes, quod raro admodum perſanentur in femoribus iſto modo vulnerati. Si tamen ex iis plane nullos, ea medendi ratione, quae a nobis §. XXV. propoſita eſt, ad ſanitatem perductos eſſe aliquis dicere ſuſtineret, milites invalidi ipſi, partim per provincias diſperſi, partim in noſocomiis degentes, cauſam pro nobis noſtraque medendi methodo dicerent. Interea maxime arduam taediique pleniſſimam eſſe curationem graviſſimorum eorum vulnerum, multoque plures ex iis perire, quam ſervari, nolumus negare. Quod vero curationem ipſam, quae unica eſt, diffamare non poteſt. Nam femoris ſummi amputatio, eiusque aut brachii ex articulo exſectio, non modo aeque ardua eſt, ſed ne inter ſecuras quidem curationes connumeranda. Sed ad alia transeamus.

§. XXX.

§. XXX.

Sugillatio, quam ecchymoſin Graeci nominant, paucis attingi etiam debet; ſed tamen non quaelibet, ſed ea potiſſimum, ubi magna humoris vis ſub contuſum locum effuſa eſt, qualis cernitur, ſi grandioris tormenti globus ingentem humoris effuſionem ſub cutem, non laceratam eam quidem, verum tamen cruſtae gangraenoſae haud abſimilem, fecit, atque oſſa ſimul ex ſedibus eorum expulſit, aut miſere colliſit fregitque. Nam graviſſimus hic caſus referri quoque ad eos ſolet, ubi membri amputationem fieri neceſſe ſit. Quod ſi igitur huius modi ecchymoſin Chirurgus accipit curandam, nihil magnopere novandum eſt, cum caſus iſte, etiamſi cutis lacerata non eſt, prorſus ſimilis ſit illi, ubi cutis ſimul disrupta & lacerata. Curatio enim perpaulum differt ab illa, & haec eſſe debet, ut cruſtam gangraenoſam protinus pluribus locis incidamus, pulverem illum §. X. in factas plagas immittamus, unguentumque digeſtivum, eſſentia myrrhae temperatum, ſuperimponamus, omniaque loca, tum affecta, tum ipſis vicina, fomentationibus foveamus, quae tamen in hoc caſu ex genere emollientium eſſe debent, omiſſis iis, quae facultatem ſtimulandi roborandique habent. Oſſa vero diffracta ſimili prorſus medendi ratione curanda ſunt, quam de aliis vulneribus laeſionibusque oſſium propoſuimus §. XX. ſeq. Oſſa ex ſedibus ſuis expulſa, in eas compelli quidem debent, omiſſa tamen illa ratione obligandi, quae membris luxatis adhiberi vulgo ſolet; quae quippe plagas illas, a Chirurgo factas, admodum turbaret, & cruſtae gangraenoſae ſolutionem ſuppurationemque cohiberet.

Mem-

Membrum igitur recte repoſitum quieſcere ſatis eſt. Poſteaquam cruſta medicamentis, quae diximus, aſſidue adhibitis ſoluta eſt, ulcus curatur eadem ratione, quae carnearum partium vulneribus accommodata eſt.

§. XXXI.

Sed cum ecchymoſin admodum magnam oſſiumque colliſione comitatam commodius curari nonnulli exiſtiment, ſi membrum ocyus reſecetur, pauca quaedam adverſus iſtorum opinionem modeſtius proponemus. Scire igitur licet, mortis periculum non ex ſola humoris effuſione ſub contuſum locum ita male affectis impendere, ſed ad mortis cauſas referri utique debere ingentem illam commotionem, qua homo ſimul per univerſum corpus, internasque praecipue partes, vehementiſſime comprimitur concutiturque. Hac enim vero vaſa, in partibus interioribus viſceribusque repentia, comprimuntur, obſtruuntur, rumpuntur, inflammantur, & ſubtus ſuppurant ſub carne &c. Atque ea quidem univerſi corporis commotio ab aëre externo, qui a tormenti grandioris globo, perniciſſime propulſo provolutoque, comprimitur, condenſatur, celerrimeque agitatur, effecta, univerſum corpus, eiusque viſcera, partesque teneriores praecipue, multo peius afficit, quam alia quaecunque contuſio atque colliſio ab aliis quibuscunque rebus quam ponderoſiſſimis perpetrata. Inde adeo oriuntur evidentes illae viſcerum ſugillationes, ſanguinis ſputum, vomitus cruentus, mictus cruentus, pectoris tenſio & oppreſſio, ſpiritus difficultas, tuſſis, dolores partium interiorum, inflammationes ſuppurationesque, febris continuo accedens &c.

Quae

Quae quidem mala, formidoloſa admodum, conſequi eum caſum ſolent, etiamſi ſugillatio levior eſt, & procul a corporis trunco in extremis pedibus manibusve patrata *a*). Tot ſane tantaque mala praeciſione membrorum non modo non tolluntur, ſed augentur etiam, tum terrore ac timore, quo homo, de Chirurgia adeo terribili audiens, percellitur perturbaturque, cum & praecipue ſummo illo dolore, qui amputatione membrorum, in ſanis partibus adminiſtrata, non poteſt non moveri. Quo igitur efficitur, ut, quam avertere

a) Graviſſima haecce ſymptomata, quae interioribus corporis ſedibus poſt iſtius modi ſugillationem accidunt, non aeque conſequuntur, ſi grandioris tormenti globus, velociſſime promotus provolutusque, totos artus a corpore abſtraxit, quamvis aëris externi, valde compreſſi condenſatique, actio in univerſum corpus eiusque partes interiores multo maior eſſe videtur, quam in hoc ipſo caſu ſugillationis, quem ad modum ipſa artuum a corpore avulſio liquido docet. De his igitur §. praeſ. dictis fortaſſe aliquis dubitaverit. Sed mirari dubitareque deſinet, ſi ſecum animo perpenderit, in caſu ſugillationis humorem ex partibus affectis effluere nullum, tum vero, cum membrum aliquod totum a corpore reliquo avellitur, maximam plerumque ſanguinis vim profundi, vaſaque corporis exinaniri, idemque ſponte adeo fieri, quod curationis cauſa in caſu ſugillationis arte facimus; ergo obſtructiones humorumque collectiones in interioribus corporis ſedibus aut averti, aut iam iam effectas paulo poſt rurſus tolli.

Membrum igitur recte repoſitum quieſcere ſatis eſt. Poſteaquam cruſta medicamentis, quae diximus, aſſidue adhibitis ſoluta eſt, ulcus curatur eadem ratione, quae carnearum partium vulneribus accommodata eſt.

§. XXXI.

Sed cum ecchymoſin admodum magnam oſſiumque colliſione comitatam commodius curari nonnulli exiſtiment, ſi membrum ocyus reſecetur, pauca quaedam adverſus iſtorum opinionem modeſtius proponemus. Scire igitur licet, mortis periculum non ex ſola humoris effuſione ſub contuſum locum ita male affectis impendere, ſed ad mortis cauſas referri utique debere ingentem illam commotionem, qua homo ſimul per univerſum corpus, internasque praecipue partes, vehementiſſime comprimitur concutiturque. Hac enim vero vaſa, in partibus interioribus viſceribusque repentia, comprimuntur, obſtruuntur, rumpuntur, inflammantur, & ſubtus ſuppurant ſub carne &c. Atque ea quidem univerſi corporis commotio ab aëre externo, qui a tormenti grandioris globo, perniciſſime propulſo provolutoque, comprimitur, condenſatur, celerrimeque agitatur, effecta, univerſum corpus, eiusque viſcera, partesque teneriores praecipue, multo peius afficit, quam alia quaecunque contuſio atque colliſio ab aliis quibuscunque rebus quam ponderoſiſſimis perpetrata. Inde adeo oriuntur evidentes illae viſcerum ſugillationes, ſanguinis ſputum, vomitus cruentus, mictus cruentus, pectoris tenſio & oppreſſio, ſpiritus difficultas, tuſſis, dolores partium interiorum, inflammationes ſuppurationesque, febris continuo accedens &c.

Quae

Quae quidem mala, formidoloſa admodum, conſequi eum caſum ſolent, etiamſi ſugillatio levior eſt, & procul a corporis trunco in extremis pedibus manibusve patrata *a*). Tot ſane tantaque mala praeciſione membrorum non modo non tolluntur, ſed augentur etiam, tum terrore ac timore, quo homo, de Chirurgia adeo terribili audiens, percellitur perturbaturque, cum & praecipue ſummo illo dolore, qui amputatione membrorum, in ſanis partibus adminiſtrata, non poteſt non moveri. Quo igitur efficitur, ut, quam avertere

a) Graviſſima haecce ſymptomata, quae interioribus corporis ſedibus poſt iſtius modi ſugillationem accidunt, non aeque conſequuntur, ſi grandioris tormenti globus, velociſſime promotus provolutusque, totos artus a corpore abſtraxit, quamvis aëris externi, valde compreſſi condenſatique, actio in univerſum corpus eiusque partes interiores multo maior eſſe videtur, quam in hoc ipſo caſu ſugillationis, quem ad modum ipſa artuum a corpore avulſio liquido docet. De his igitur §. praeſ. dictis fortaſſe aliquis dubitaverit. Sed mirari dubitareque deſinet, ſi ſecum animo perpenderit, in caſu ſugillationis humorem ex partibus affectis effluere nullum, tum vero, cum membrum aliquod totum a corpore reliquo avellitur, maximam plerumque ſanguinis vim profundi, vaſaque corporis exinaniri, idemque ſponte adeo fieri, quod curationis cauſa in caſu ſugillationis arte facimus; ergo obſtructiones humorumque collectiones in interioribus corporis ſedibus aut averti, aut iam iam effectas paulo poſt rurſus tolli.

hac Chirurgia efficaci cupiunt, mortem maturant medentes. Quae cum ita ſint, non poſſumus, quin audaeter ſuſtineamus, membrorum amputationem, neque in caſibus illis, ubi eam adminiſtrare artuum conditio & natura vetat, utilem eſſe poſſe, & tunc, quando ea mortem accelerat, plane inutilem perniciosamque eſſe, & tum, cum non vitam quidem, attamen membra, quae ſervari idonea curatione poſſent, eripit, inutilem utique eſſe, neque Chirurgum, qui tale membrum reſecat, excuſari poſſe.

§. XXXII.

Quoniam igitur membrorum ſugillatione affectorum amputationem improbamus, breviter oſtendi via medendi debet, qua nos gravioribus illis ſugillationum generibus ſuccurrere ſoleamus. Mala ſcilicet ſymptomata illa, quae partibus interioribus accidere ſolent, aut avertimus, aut iam praeſentia tollimus, admodum crebra ſanguinis miſſione, medicamentis, quae & ſanguinem attenuant, & humorem, qui intus coivit, ſolvunt, & obſtructa reſerant, ſtagnantiaque ad reſorbtionem idonea reddunt; adhibitis ſimul iis, quae alvum moderate ſolvunt, & vaſa exinaniunt; tum iis, quae ſanguinem laudabilem reſtituunt, vimque vitalem vaſis reddunt. Prae aliis medicamentis, quae vim reſolvendi & moderate roborandi habent, ſe nobis multoties probavit pulvis, qui habet, nitrum depuratum, ſal amarum, tartari cremorem & veram bolum Armenam.

§. XXXIII.

Quod curationem membri affecti attinet, haec

pro

pro natura rerum differt. Aut enim contuſio cruſtam gangraenoſam fecit, aut non fecit. Si non fecit, atque oſſa quidem ſimul fregit, leniſſima tamen foris medendi ratione uti convenit. Quam ob rem plagas facimus nullas, oſſium vero fragmenta, manibus membrum moderate comprimendo permulcendoque, in ſedes ſuas damus, & membrum linteis complicatis & fasciis deligamus ea ratione, quae ſimplici oſſium fracturae accommodata eſt. Poſtea membrum fomentationibus reſolventibus & diſcutientibus aſſidue fovemus. Simul vero omnia illa, quae §. XIV. ſeq. praecepimus, diligentius adhibemus agimusque. Atque ſic oſſium colliſorum perſanationem fidenter ſperamus, & plerumque perficimus. Sin contuſio & oſſa colliſit, & membrum cruſta dura obduxit, protinus cruſtam ſcalpello a ſanis partibus ſeparamus, plagas altas facimus, nihilque eorum negligimus, quaecunque vel reſolutionem, vel ſuppurationem adiuvare poſſunt; ſique oſſium fragmenta curationem ſingularem deſiderant, id agimus, quod §. XXIV. praeceptum eſt. Neque unquam haec malorum genera negligenter curamus, noſtrorumque laborum ſummum fructum exiſtimamus miſerrime plerumque afflictorum ſanationem aut plenam & integram, aut talem, qualem permittit rerum natura. Hoc ipſo, quo ſcribimus, tempore in noſocomio, quod *Torgaviae* eſt, degit miles quidam peſſime vulneratus, cuius totus humerus brachiumque ingenti humoris effuſione affectum, os ſcapulae & iugulum penitus perfracta & colliſa, os brachii ex cavitate glenoidea expulſum, deorſumque detruſum, ligamenta vehementius diſtenta & relaxata, partesque vicinae alte

hac Chirurgia efficaci cupiunt, mortem maturant medentes. Quae cum ita ſint, non poſſumus, quin audaeter ſuſtineamus, membrorum amputationem, neque in caſibus illis, ubi eam adminiſtrare artuum conditio & natura vetat, utilem eſſe poſſe, & tunc, quando ea mortem accelerat, plane inutilem perniciosamque eſſe, & tum, cum non vitam quidem, attamen membra, quae ſervari idonea curatione poſſent, eripit, inutilem utique eſſe, neque Chirurgum, qui tale membrum reſecat, excuſari poſſe.

§. XXXII.

Quoniam igitur membrorum ſugillatione affectorum amputationem improbamus, breviter oſtendi via medendi debet, qua nos gravioribus illis ſugillationum generibus ſuccurrere ſoleamus. Mala ſcilicet ſymptomata illa, quae partibus interioribus accidere ſolent, aut avertimus, aut iam praeſentia tollimus, admodum crebra ſanguinis miſſione, medicamentis, quae & ſanguinem attenuant, & humorem, qui intus coivit, ſolvunt, & obſtructa reſerant, ſtagnantiaque ad reſorbtionem idonea reddunt; adhibitis ſimul iis, quae alvum moderate ſolvunt, & vaſa exinaniunt; tum iis, quae ſanguinem laudabilem reſtituunt, vimque vitalem vaſis reddunt. Prae aliis medicamentis, quae vim reſolvendi & moderate roborandi habent, ſe nobis multoties probavit pulvis, qui habet, nitrum depuratum, ſal amarum, tartari cremorem & veram bolum Armenam.

§. XXXIII.

Quod curationem membri affecti attinet, haec

pro

pro natura rerum differt. Aut enim contuſio cruſtam gangraenoſam fecit, aut non fecit. Si non fecit, atque oſſa quidem ſimul fregit, leniſſima tamen foris medendi ratione uti convenit. Quam ob rem plagas facimus nullas, oſſium vero fragmenta, manibus membrum moderate comprimendo permulcendoque, in ſedes ſuas damus, & membrum linteis complicatis & fasciis deligamus ea ratione, quae ſimplici oſſium fracturae accommodata eſt. Poſtea membrum fomentationibus reſolventibus & diſcutientibus aſſidue fovemus. Simul vero omnia illa, quae §. XIV. ſeq. praecepimus, diligentius adhibemus agimusque. Atque ſic oſſium colliſorum perſanationem fidenter ſperamus, & plerumque perficimus. Sin contuſio & oſſa colliſit, & membrum cruſta dura obduxit, protinus cruſtam ſcalpello a ſanis partibus ſeparamus, plagas altas facimus, nihilque eorum negligimus, quaecunque vel reſolutionem, vel ſuppurationem adiuvare poſſunt; ſique oſſium fragmenta curationem ſingularem deſiderant, id agimus, quod §. XXIV. praeceptum eſt. Neque unquam haec malorum genera negligenter curamus, noſtrorumque laborum ſummum fructum exiſtimamus miſerrime plerumque afflictorum ſanationem aut plenam & integram, aut talem, qualem permittit rerum natura. Hoc ipſo, quo ſcribimus, tempore in noſocomio, quod *Torgaviae* eſt, degit miles quidam peſſime vulneratus, cuius totus humerus brachiumque ingenti humoris effuſione affectum, os ſcapulae & iugulum penitus perfracta & colliſa, os brachii ex cavitate glenoidea expulſum, deorſumque detruſum, ligamenta vehementius diſtenta & relaxata, partesque vicinae alte

lateque ſugillatae cruſtaque dura, gangraenoſae ſimili, obductae fuerunt. Et ſugillatio & fractura, tum ſcapulae, tum claviculae, perſanatae ſunt, os brachii vero, propter vehementiorem ligamentorum relaxationem, compelli in ſedem ſuam non potuit. Tametſi vero caetera mala ſatis, pro rerum conditione, feliciter ſublata ſunt, tuſſis tamen & febris hisque vicina mala, hominem exercent, & manifeſtum faciunt, in interioribus quoque partibus variam noxam, haud dubie ſuppurationem viſceris alicuius, pulmonum fortaſſe, a contuſione graviſſima illa exſtitiſſe.

§. XXXIV.

Hanc autem medendi rationem, qua humani corporis partibus miſere contuſis & colliſis, aut omnino peſſime affectis, neglecta earum amputatione, ſuccurrendum eſſe a §. VIII. huc usque docuimus, non ſine dolore, murmuratione & impatientia vulnerati, non ſine multis laboribus, taediis atque moleſtiis Chirurgi, nec niſi a Chirurgo rerum ſuarum bene gnaro, perfici poſſe, quisque per ſe intelligit. Neque profecto militi glorioſo ſimiles ſumus, ut nos curationesque noſtras inſolentius glorioſiusque iactemus, verum multos ex iis, qui iſta methodo curati ſunt, ex vita migraſſe, ingenue fatemur. Sed vero cum illud, quod cecinit Poëta:

Non eſt in Medico ſemper relevetur ut aeger,
Interdum docta plus valet arte malum,

fere ſaepius canendum ſit, ſi membra amputantur, quam ſi ea via, quam huc usque oſtendimus, curantur;

faci-

facile patet, nihil quicquam de utilitate huius methodi propterea eſſe detrahendum. Eius autem, qui ſic curatur, dolori & murmurationi opponi poteſt ſpes futurae ſalutis. Quin plagae illae ipſae, quas Chirurgo faciendas praecepimus, tum fiunt facilius & prius, quam aegrotus, ne fiant, impedire poteſt, cum multo tolerabiliores minusque perniciosae ſunt, quam vulnus illud, quod Chirurgus, membrum prorſus abſcindens, facit. Ne vero, qui difficillimis hiſce curationibus perficiendis pares eſſent, Chirurgi deſiderarentur, ſatis providit & cavit providentia & clementia cum Sereniſſimae Potentiſſimaeque Domus Regio-Boruſſicae univerſae, cum & inprimis FRIDERICI MAGNI, qui victricia ſua arma undique circumfert, Regum nulli virtute ſecundus.

§. XXXV.

De truncatis per vim extrinſecus illatam femoribus & brachiis (§. XXI.) hoc loco addimus, nunquam, quod ſciamus, eos, qui iſto modo in femoribus vulnerati eſſent, in noſocomia noſtra eſſe illatos, verum haud dubie paulo poſt vulnus acceptum animam cum ſanguine effudiſſe; at ex illis, quibus tormentorum globi brachium abſtulerant, ſubinde aliquot nobis eſſe oblatos, ſed ſic tamen iam ſatis commode in ipſo pugnae loco a Chirurgis caſtrenſibus curatos, ut maiora vaſa, ſanguinem profundentia, dextre devincta eſſent, & membri truncus ea, quae alias artubus a Chirurgo amputatis adhiberi ſolet, ratione deligandi communitus. Quos & nos deinde eo, qui §. XXI. dictus eſt, modo perſa-

navimus. Inde nunc captabimus occasionem quaedam dicendi de ea necessitate artus amputandi, quam adferre dicitur sanguinis profusio. Sed hic breves esse poterimus. Etenim nostra aetate & in tanta Chirurgiae luce nemo fere est, qui diuersas illas vias, quibus sanguis, cum impetu profluens, sisti potest & solet, cognitas perspectasque non habeat. Quare etiamsi arteriae illae, quae inter ulnam & radium, inter tibiam & fibulam repunt, & interosseae dici possunt, etiamsi arteria cruralis aut brachialis, in vicinitate articuli cubiti & genu prorepentes, aliaeque vulneratae, Chirurgis plurimum negotii faceſſant; non propterea tamen artus resecari oportebit. Nam quemcunque vulneris, quo arteria percussa sit, modum cogites; dexteritas tamen Chirurgi vulnus ampliare, & ad ipsa capita arteriae perscissae pervenire, eademque aut medicamentis, inter quae & agaricus & spiritus terebinthinae sese nobis multoties probarunt, aut commoda compressione, aut vincturae illo genere ad praescissa vasa sanguifera accommodato, aut pluribus vel omnibus his remediis, obturare, atque effluxum sanguinis cohibere poterit. Atque haud scio, annon arteria & brachialis & cruralis, ubicunque laesae sint, eam rationem curandi permittant. Itaque ad solam sanguinis profusionem sistendam ego quidem nunquam membri amputationem susciperem. Quo quidem loco fortasse aliquis mirabitur, qui fieri potuerit, ut Chirurgi de resectione membrorum adversus sanguinis profluvium instituenda cogitarent, cum quidem resectis a Chirurgo membris haud raro nova, eaque aliquando maior, difficultas sanguinem sistendi exoriatur, maxime si crus sub genu abscindi-

ſcinditur *a*). In illa autem ſententia permanebo, ſive arteriae plaga cum ſimplici vulnere partium carnearum, ſive cum oſſium fractura & colliſione coniuncta ſit. In caſu enim poſtremo tum haec, quae modo diximus, tum illa §. XXIV. dicta, ſimul agam. Sed nunc obiici audio, nihil his omnibus profici poſſe, ſi arteria vel brachialis, vel cruralis paulo altiori loco vulnerata ſit, cum in his caſibus membrum, quod infra vulnus arteriae ſit, paulatim lentaque putredine emoriatur neceſſe ſit. Ad quae reſpondeo, de crurali arteria vix eſſe cur multa diſputem, cum hactenus nemo, quod ſciam, auſus ſit, crus in loco vel medio, vel ſuperiori abſcindere, cum omnes metuant, ne homo ſub ipſo opere moriatur *b*). Quantum vero ad arteriam brachialem attinet; ne huius quidem vulneratio tantum apud me poterit, ut brachium protinus reſecem. Puto enim, extrema omnia experiunda eſſe, anteaquam homini totos artus praecidamus. Quoniam igitur quamplurima experimenta docent, poſt operationem anevrismatis membro calorem naturalem, movendi-

a) Vid. *Memoir. de l'Academie des Scienges de Paris année 1732.*

b) Nondum legere licuit diſſertationem, quae ab Academia Chirurgorum Pariſienſium praemio affecta eſt. Hoc ex iis, qui noviſſime Pariſiis reverterunt, comperimus, ab eius Auctore canem, cui femur ex ipſo articulo exciderat, vivum adductum fuiſſe & Academiae membris coram commonſtratum.

vendique poteſtatem rediiſſe *a*), diſciſſam ruptamve arteriam devinciendo comprimendoque curandam eſſe exiſtimo, ac poſtea & fomentationibus aperientibus, adiectis ſpirituoſis, & frictionibus lenibus, ubicunque per naturam vulneris licebit, membro proſpiciendum, ut vaſa minora aperiantur, amplienturque, ac partibus novum ſanguinem caloremque naturalem reddant. Quam quidem ſpem tumor in partibus ſub vulnere ſitis, & calor ipſe, primo alterove die rediens, oſtendere ſolent. Sin omnia, quae ſub vulnere ſunt, valde detumeſcunt, frigida, arida contractaque fiunt, tunc demum de reſectione partis emortuae cogitandum, non tamen nimis feſtinandum erit, cum nec putredo haec celeriter increſcat, & ipſe calor virtusque naturalis aliquando ſerius redire poſſit. Satis igitur conſtare arbitramur, membrorum amputationem in his etiam caſibus non niſi quam rariſſime eſſe adminiſtrandam.

§. XXXVI.

Ordo tractationis nunc quidem poſceret, ut de illis, §. VI. poſtremo loco propoſitis malis, verba faceremus. Sed commodius exiſtimamus, antea felicio-res aliquot curationes vulnerum eorum interſerere, quae vix ac ne vix quidem fieri ſine membrorum amputatione poſſe aliquibus videbuntur. Ac primo quidem

a) Vid. HEISTERI *Inſtitut. Chirurg.* Tom. I. P. I. C. 13. *Tentamin. Edinburg.* Tom. II. art 15. Tom. V. Art 17. item *Promptuar. Hamburg.* & *Collection. Wratislavienſ.* paſſim.

dem valde memorabilis eſt ſequens curatio ſauciati militis in legione, quae a Principe Regio, HENRICO, Domino meo clementiſſimo, nomen habet, militantis, quem Chirurgus reliquis in noſocomio praefectus (*Staabs-Chirurgus bey dem Lazareth*), mihique amicissimus, dexterrimus KRETSCHMERVS, una cum Chirurgo noſocomii, STERNEMANNO, me moderante, cum omnium admiratione ad ſanitatem perduxerunt. Hominis illius brachium ſiniſtri lateris a quatuor glebis ferreis tam miſere habitum laceratumque erat, ut os brachii medium transverſim diffractum, & brachium ipſum foraminibus octo perforatum eſſet, in ipſo vero cubiti articulo anevrisma verum, pugni, eiusque maximi, magnitudinem aequans, cerneretur. Laudatus ille KRETSCHMERVS primum, me praeſente, faſciam tortilem (*ein Tourniquet*) ſub axilla admovit, eaque ſanguinis profuſionem cohibuit. Poſtea ex illis octo foraminibus duo, quae oſſium fracturae & colliſioni viciniora eſſent, elegit, eaque ita ampliavit, ut os colliſum ſatis nudatum eſſet; reliqua vero foramina etiam, ſed paulo minus, ampliavit; quibus ampliatis, fragmenta oſſea aliquot, eaque non minima, extraxit, cetera vero oſſis humeri fragmenta manibus permulſit, & modeſte compreſſit, donec alterum alteri vicinum, omniaque naturaliter & recte adaptata figurataque eſſent; totum brachium ita continere adſtantes iuſſit, omniaque vulnera, paribus portionibus ſpiritus vini & aquae ſclopetariae vinoſae inter ſeſe mixtis, linamentisque carptis ſuperinfuſis, nutrivit, brachiumque linteo panno circumdatum, paulo laxius

fasciavit; anevrisma vero pannis linteis, iisdemque densis & gradatis, fasciisque modestius compressit, postea eodem mixto, ex spiritu vini & aqua sclopetaria composito, & ea portione globulorum martialium contritorum, quam calidus hic liquor recipere poterat, gravido, omnia madefecit; fasciis, anevrisma comprehendentibus, fomentationem illam, ex sic dictis speciebus pro decocto nigro factam, superimposuit; fasciam tortilem, axillis applicatam, subinde alterno quoque bihorio relaxavit, rursusque adstrinxit; paucis diebus elapsis eam plane sustulit, & solis linteis pannis densis complicatisque & fascia in orbem circumducta usus, arteriam sub axilla moderate compressit, sic quidem, ut libertas esset plagas obligandi. Et vulnera quidem quotidie obligavit; fascias vero, quae anevrisma complectebantur, nonnisi alternis diebus solvit rursusque circumdedit, quanquam foramina duo, a glebis ferreis facta, in vicinitate eius erant. Atque haec omnia assidue & summa cura satis diu fecit. Simul manum cubitumque canaliculo ex charta crassiori densiorique formato ac mitella excepit, & a collo suspendit. Praeter haec sanguinem homini crebrius detraxit, aquam cum aceto potui dedit, & pulvisculos, ex nitro depurato, cremore tartari, sale Sedlicensi & vera bolo Armena compositos, subinde assumi iussit. Atque his solis, neque aliis sive externis sive internis medicamentis, adhibitis, brachium antea tam misere laceratum, ut ne posset quidem amputari, tertio mense currente, ad eam perduxit sanitatem, ut, exiguis ossis squamis exemtis, anevrisma verum discussum,

cuſſum, nec quicquam mali ex tantis vulneribus relictum eſſet.

Alium ex legione ferentaria, quae a Marchione Brandenburgo-Baruthino nomen habet, militem perſanavimus, cuius cubitus a glebis ferreis quinque, quorum aliquot in membro haerebant, miſere laceratus, & utrumque os, tum ulna, tum radius, colliſum erat. Ampliatis foraminibus fragmenta oſſea exemimus, ulnae partem, pollices quatuor aequantem, ſerra abſcidimus, plagas ita curavimus, ut largiori ſuppurationi locus nunquam daretur. Huius quidem vulnerati cubitus debuiſſet reſecari, ſi vulgarem medendi viam ſequi libuiſſet. Nam & ipſe miſere affectus & brachium ſanum erat, amputationique locum concedebat. Verum & hunc & plures alios, non adhibita amputatione, curare, conſervare &, tanquam teſtes curationis ſine amputatione abſolvendae, patronis huius ipſius amputationis opponere placuit.

Generoſus vir, *de* SASS, Chiliarcha legioni praeſidiariae *Lattorficae* praefectus, cui iam hoc, quo ſcribimus, tempore oppidum *Brieg* tuendum traditum eſt, in pugna haud procul ab oppido *Czaslau* pugnata, vulnus excepit, a globo tormenti factum, ea vehementia, ut media tibiae & fibulae oſſa in plura magnaque fragmenta diviſa eſſent ac miſere colliſa, partesque oſſeae, pollices tres quatuorque aequantes, eximerentur. Quare Chirurgi etiam, crus amputandum eſſe, plus quam ſemel ſtatuebant, aegrotantemquem urgebant. At is membri reſectionem pati noluit,

luit, & nihilo minus ſatis bene & ſic perſanatus eſt, ut altero quidem pede valgus, attamen ſatis commode, & quaſi non valgus, incedat atque obambulet.

Quidam ex legione cataphractorum equitum *Geßleriana*, miles caballarius, cui nomen LVKRAFKA, dum legio armis luderet, ita vulneratus eſt, ut & tibiae & fibulae os medium prorſus colliſum conquaſſatumque eſſet, pluribusque praeterea fiſſuris affectum. Detectis omnibus oſſium fiſſuris, NB. tibiae partem quincuncialem ſerra reſecui, & una cum medulla exemi, fibulae vero partes eminentes inutilesque forcipe revulſi, ambasque oſſium partes truncas aequavi, contiguas reddidi atque compoſui, hominemque elapſis quatuor menſibus in eam ſanitatem reſtitui, ut pes alter altero tanto brevior non impediret, quo minus homo facile ingrederetur, commodeque ſaltaret.

Vir generoſus, de FRANCKENBERG, Centurio in legione peditum *Hülſiana*, in pugna ad pagum *Loboſchütz* pugnata, ſclopeti globo tactus miſereque affectus eſt. Tarſi enim oſſa omnia colliſa perfractaque erant, ſic ut totum fere tarſum exoſſari neceſſum eſſet. Quo facto, commiſſisque inter ſeſe pedis partibus, pes ipſe tam bene convaluit, ut Vir generoſus ipſe calceo, qui duplici calce innititur, uſus, percommode incedat, & ſub ſignis Auguſtiſſimi Regis noſtri in legione praeſidiaria, quae *alt-Sydow* nominatur, militare poſſit.

Vir

Vir generoſus, *ab* ALVENSLEBEN, Signifer in cohortibus Praetoriis, in pugna prope Torgaviam pugnata, ita pede vulnerabatur, ut oſſa tibiae & fibulae colliſa prorſus & conquaſſata eſſent, & fragmenta oſſea ad inſtar trium contignationum adaggerata. Cum multas altasque illas, de quibus ſupra diximus, plagas feciſſemus, haud ita diu poſt aegrotus ita ſanitati redditus eſt, ut eum Chirurgo cohortis ſanandum tradere poſſemus.

Miles quidam ex legione peditum *Syburgica*, cui nomen MIEKE, quique iam annos ſeptuaginta natus erat, haud procul ab oppido Miſenae anno MDCCLIX. a globo grandioris tormenti ita concuſſus eſt, ut humerus ſiniſter duos digitos transverſos ſub articulo plane contuſus colliſusque, ex eiusque oſſe pars pollicibus quinque aequalis demta eſſet. Qui nihilominus, elapſis novem menſibus, plane perſanatus, Witteberga Berolinum petiit, ut in Xenodochium invalidorum militum reciperetur.

Vir generoſus, *de* STABENVOLL, Subcenturio in legione peditum GRABOWIANA, in pugna ad pagum *Kunnersdorf* pugnata, grandioris tormenti globo tactus, eiusque humerus dexter penitiſſime colliſus eſt, & proxime quidem articulum oſſis cum ſcapulae oſſe. Is tamen poſt menſes quaſi octo perſanatus Stetino Berolinum abiit.

Vir generoſus *de* ROTTKIRCH, in legione, quae a CAROLO, Sereniſſimo Marchione, nomen habet, praefectus

luit, & nihilo minus ſatis bene & ſic perſanatus eſt, ut altero quidem pede valgus, attamen ſatis commode, & quaſi non valgus, incedat atque obambulet.

Quidam ex legione cataphractorum equitum *Geßleriana*, miles caballarius, cui nomen LVKRAFKA, dum legio armis luderet, ita vulneratus eſt, ut & tibiae & fibulae os medium prorſus colliſum conquaſſatumque eſſet, pluribusque praeterea fiſſuris affectum. Detectis omnibus oſſium fiſſuris, NB. tibiae partem quincuncialem ſerra reſecui, & una cum medulla exemi, fibulae vero partes eminentes inutilesque forcipe revulſi, ambasque oſſium partes truncas aequavi, contiguas reddidi atque compoſui, hominemque elapſis quatuor menſibus in eam ſanitatem reſtitui, ut pes alter altero tanto brevior non impediret, quo minus homo facile ingrederetur, commodeque ſaltaret.

Vir generoſus, de FRANCKENBERG, Centurio in legione peditum *Hülſiana*, in pugna ad pagum *Loboſchütz* pugnata, ſclopeti globo tactus miſereque affectus eſt. Tarſi enim oſſa omnia colliſa perfractaque erant, ſic ut totum fere tarſum exoſſari neceſſum eſſet. Quo facto, commiſſisque inter ſeſe pedis partibus, pes ipſe tam bene convaluit, ut Vir generoſus ipſe calceo, qui duplici calce innititur, uſus, percommode incedat, & ſub ſignis Auguſtiſſimi Regis noſtri in legione praeſidiaria, quae *alt-Sydow* nominatur, militare poſſit.

Vir

Vir generoſus, *ab* ALVENSLEBEN, Signifer in cohortibus Praetoriis, in pugna prope Torgaviam pugnata, ita pede vulnerabatur, ut oſſa tibiae & fibulae colliſa prorſus & conquaſſata eſſent, & fragmenta oſſea ad inſtar trium contignationum adaggerata. Cum multas altasque illas, de quibus ſupra diximus, plagas feciſſemus, haud ita diu poſt aegrotus ita ſanitati redditus eſt, ut eum Chirurgo cohortis ſanandum tradere poſſemus.

Miles quidam ex legione peditum *Syburgica*, cui nomen MIEKE, quique iam annos ſeptuaginta natus erat, haud procul ab oppido Miſenae anno MDCCLIX. a globo grandioris tormenti ita concuſſus eſt, ut humerus ſiniſter duos digitos transverſos ſub articulo plane contuſus colliſusque, ex eiusque oſſe pars pollicibus quinque aequalis demta eſſet. Qui nihilominus, elapſis novem menſibus, plane perſanatus, Witteberga Berolinum petiit, ut in Xenodochium invalidorum militum reciperetur.

Vir generoſus, *de* STABENVOLL, Subcenturio in legione peditum GRABOWIANA, in pugna ad pagum *Kunnersdorf* pugnata, grandioris tormenti globo tactus, eiusque humerus dexter penitiſſime colliſus eſt, & proxime quidem articulum oſſis cum ſcapulae oſſe. Is tamen poſt menſes quaſi octo perſanatus Stetino Berolinum abiit.

Vir generoſus *de* ROTTKIRCH, in legione, quae a CAROLO, Sereniſſimo Marchione, nomen habet, praefectus

fectus vigiliarum, itemque vir generoſus, *de* KROCKOW, in legione cataphractorum equitum *Schlabbrendorfiana* Centurio, per ipſum articulum humeri cum ſcapula tranſiens vulnus graviſſimum exceperunt, &, elapſis menſibus quaſi decem, ſanitatem receperunt.

Vir generoſus, *de* BRITZKE, peditum legioni *Knoblauchianae* Praefectus, haud procul ab urbe Dresdae ita vulneratus erat, ut ſclopeti globus articulum cubiti perrumperet, atque tum os brachii, cum oſſa ulnae & radii vehementius collideret. Quorum quidem oſſium fragmenta permulta permagnaque exemta ſunt. Nihilo tamen minus Vir generoſus poſt biennium ſanatus eſt, atque tum, cum haec ſcribimus, legioni illi praeeſt, & brachio illo, quanquam valgo, fortiter militat.

Vulneratorum feliciterque ſanatorum militum agmen claudat, ſi placet, Princeps quidam Sereniſſimus, cui in pugna ad pagum *Kunnersdorf* pugnata, ſclopeti globus peſſimum vulnus fecerat; articulum enim, qui inter oſſa tarſi & metatarſi eſt, tranſierat, ſic ut omnia metatarſi oſſa, excepto uno, colliſa eſſent atque diffracta. Salutem attulerunt plagae illae altae & longae, ac medicamenta ſupra commendata, atque Principem Sereniſſimum Sereniſſimae Genti Regioque exercitui ſumma cum omnium voluptate reddiderunt, quamvis vulnus ex eorum genere erat, cuius cauſa celeberrimi Chirurgi ante quinquaginta annos artus amputarunt.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Poſſemus magnum numerum ita curatorum recenſere. Sed hi iam ſufficiant. Addimus tamen, in noſocomio, quod hoc, dum ſcribimus, tempore *Torgaviae* eſt, degere plures quam trecentos, quorum oſſa ita colliſa diffractaque fuerunt, ut absque membrorum amputatione ſanari non poſſe plerisque Chirurgis alias vidiſſent; qui tamen ea, quam ſupra monſtravimus, medendi via ſanitatem conſequuntur. Quin non pauci ex Chirurgis noſtris caſtrenſibus ſciunt, cum in noſocomiis noſtris miſere vulnerati, quibus membrorum amputationem Chirurgi decreverant, iam in ſedili ſederent, acerbiſſimae ſententiae executionem non tam expectantes, quam abhorrentes, accidiſſe, ut aut animi deliquium, aut dubitatio & averſatio detrectantis aegroti ſaevam hanc manuum operam impediret, & in aliud tempus differret; eoque facto, & ea, quam ſupra docuimus, medendi ratione aſſiduo adhibita, miſeros illos citra ſpem opinionemque non vitam modo retinuiſſe, ſed artus etiam, eosdemque ad vitae neceſſitates commoditatesque ne prorſus quidem ineptos. Quae ſi cum iis, quae antea diſſeruimus, & praecipue cum iis, quae §. XXVII. dicta ſunt, conferantur, facile intelligitur, quam male plerumque humani artus a corpore reſecentur.

§. XXXVIII.

Hactenus diximus de malis illis, quae hominem rapere morte repentina ſolent. Sequitur nunc, ut de his quoque dicamus, quae non ita ſubito nocere, ſed fere

fere lentam adferre mortem conſueverunt. De oſſibus carie exeſis, partibusque carcinomate affectis, nos loqui facile intelliges (§. VI.). Nam oſſium cariem inter cauſas, quam ob rem membrum aliquod amputari debeat, nonnunquam referri, ſatis notum eſt. Eſt autem oſſium caries aut levior, aut gravior, aut recens, aut vetuſta, aut a cauſis quibusdam externis orta, aut a vitio intus nato effecta. Si oſſis caries levior, aut recens eſt, a quacunque demum cauſa orta ſit; de membri amputatione ne cogitare quidem licet, ſed os, pro vitii natura, latius latiusque detegi, nudatumque aut ſcalpello radi, aut per terebram crebris foraminibus urgeri debet; ubi vero caries ad alteram quoque oſſis partem deſcendit, os modiolo excidi. Quae quo modo fieri debeant, docere in hac brevitate noſtra non poſſumus. Caeterum medicamentorum, quae vel ſine manuum opera vitiatis oſſibus medeantur, vel adhibitis ſimul variis ferramentorum generibus reliquias mali diſſipent, magnam hodie copiam habemus. Quae ſi vellemus omnia enumerare, longum foret. Tantummodo igitur monemus, vitanda eſſe omnia acida mineralia, ipſum etiam a nonnullis ad vitiata oſſa magnopere laudatum liquorem anodynum mineralem HOFFMANNI; nocere enim ſolent. Nam nemo ignorat, dentes poſt uſum ſpiritus ſalis ſimiliumque liquorum acidorum albeſcere quidem, verum ſimul diſſolvi, & calcis inſtar friabiles fieri fragilesque. Idem ergo malum caeteris etiam oſſibus ab liquoribus illis, per vitiatum oſſis locum ad integrum usque diffuſis, eo magis metuendum erit, quo minus ſolida duraque ſunt oſſa reliqua.

Inde-

Indeque conſequi ſolet, ut oſſa, quae per liquores illos ſanata utcunque videbantur, paulo poſt & aegrotanti & medentibus rurſus negotium, idque priori ſaepenumero maius, faceſſant. Verior oſſibus carie adeſis medendi ratio eſt illa, quae huic ſimilis eſt, qua aſſulae ligneae, clavis inter ſeſe coniunctae & coagmentatae, rurſus eo ſeparantur, ſi adeo usque ſiccatae fuerint, ut clavi fere per ſe, nullaque vi adhibita, excidant. Ob id ipſum Medici & Chirurgi nobis videntur de ferro candente liquoribusque acidis illis ad oſſa exfolianda ſanandaque cogitaſſe. Verum hi, ut diximus, oſſis partem carie exeſam vorant tam avide, ut ſanam ſimul partem laedant exedantque. Idem & de ferramentis candentibus dicendum eſt. Quare haec eo tantum modo caſu utilia eſſe poſſunt, ſi corpus valde humidum ſuccique plenum eſt, ſi fungoſa caro ſupercrevit, item ſi prompta deſideratur & expedita curatio. Paulo mitius, ſatis potenter tamen idem praeſtant, hoc eſt, ut ſquamae decidant, faciunt, Olibanum, Maſtix, Myrrha, Balſamum Peruvianum, oleumque caryophyllorum aromaticorum. Sed hoc ipſum oleum parca manu imponendum eſſe, intelligi ex eo poteſt, quoniam dentes oleo hoc, in cavum dentis putris immiſſo, fragiles fiunt, & per teſtas excidunt. Si ſublata caries eſt, ad ſanandum os idque implendum opus eſt cibo, qui boni ſucci, nec nimis pinguis ſit. Maximeque idoneum eſt ius, cui viperarum caro inferbuit. Extrinſecus vero ſolis ſiccis linamentis utendum eſt, & aër externus ab ulcere diligenter arcendus. Atque eadem, quae vitiatis oſſibus tum, cum reliquum corpus integrum eſt, convenit

medendi ratio, utilis quoque erit, ſi vitium quoddam per univerſum quidem corpus diffuſum eſt, idoneis vero medicamentis curatur. Hinc eorum etiam, qui labe venerea commaculati ſunt, oſſa vitiata ſic ſatis bene ſanantur.

§. XXXIX.

Sed haud dubie quaeres, quid faciendum ſit, ſi illa omnia, quae extrinſecus agenda fuerant, nihil profecerint, ſuſtinebisque, ſaltem membrum, cuius oſſa immedicabili carie in maxima ſui parte corrupta ſunt, oportere praecidi. Reſpondemus, artuum amputationem proficere nullo modo poſſe, niſi corpus antea in melius mutatum ſit; ſublato vero, quod per totum corpus diffuſum erat, vitio, de perſanatione oſſis, quamvis in magna ſui parte vitiati, non eſſe deſperandum, quem ad modum ſupra per luculenta exempla ſatis, ut ſperamus, oſtendimus *a*). Alia igitur omnia potius facienda eſſe, atque os pluribus locis modiolo excidendum, donec ſublatum ſit, quicquid corruptum erat. Sunt enim oſſa vitiata, quae amputationem per ſe non facile patiuntur, quorum adeo vitiis ſuccurri alia ratione debet. Ut fere fit, ſi ſumma pars oſſis brachii, ſi

a) Opinioni noſtrae favent experimenta & obſervationes *clariſſ.* MVZELII, *in mediciniſchen und chirurgiſchen Wahrnehmungen, erſte Sammlung p. 83.* Nam quibus propter vitiata oſſa membrum aliquod reſectum fuit, ad unum omnes, una cum membro illo, vitam amiſerunt.

ſi femoris os paulo ſuperius, ſi maxillae &c. cariem contraxerunt. Rationem autem tum his, tum aliis partibus oſſeis vitiatis medendi docere poſſunt tot ſaucia-ti milites, qui non olum in articulo cubiti, genu &c. peſſime vulnerati, ſa itatem in noſocomiis noſtris recuperarunt, artusque ſuos retinuerunt, quamvis permagnae oſſium partes deſtructae, & partim viribus naturae, partim manu Chirurgi reiectae erant. Nemo etiam, ſperamus, inficias ibit, ea, quae Chirurgus, ut oſſium corruptae partes eximi poſſent, ſcalpello acuto caute conſiderateque facit vulnera, facilius perduci ad ſanitatem poſſe, quam peſſima illa, ubi ſclopetorum aliorumque tormentorum globi omnia alte lateque lacerarunt colliſeruntque. Itaque ſi per corporis habitum licet, oſſa carie deſtructa ſanandi ſpem concipere, illa, quae §. XX. ſeqq. praecepimus, in his quoque caſibus ſuo modo erunt facienda. Et quanquam membrum, quod hac ratione curatur, crebro deformatur, tamen neque id ſemper accidet, ſed aliquando locum deperditae partis oſſeae, quamvis grandioris, callus implet. Quin etiam leguntur feliciores curationes, ubi tota oſſa renata ſunt *a*). Neque membrorum

a) Admirandae nonnunquam fiunt curationes oſſium corruptorum. Huius generis eſt illa, quam SCVLTETVS *Armament. chirurg. Obſervat. 81.* memoriae prodidit. Non modo totum fere os tibiae, ſed ſatis magnam quoque fibulae partem, a SCVLTETO ſeparatam, callus ita reſtituit, ut homo tandem ſine baculo ambulare poſſet. Similes curationes narran-

rum deformitas uſum eorum ſemper plane tollit (§. XXXVI.).

§. XL.

Supereſt, ut tangamus partes carcinomate affectas. De quibus vero quoniam alii docti peritique viri ſententiam ſuam oſtenderunt *a*), pauciora dicemus. Itaque ſi vitium recens eſt, ſi totius corporis habitum, neque id ipſum malum, neque aliae cauſae vitiarunt, ſi medicamenta, tum extrinſecus, tum intus adhibita, nihil profecerunt, vitiata pars, quae tolli poteſt, protinus abſcindi debet, ne malum creſcat, neque caeterae partes trahantur. Cum vero eorum, qui tam male affecti

tur in *Tentaminibus Edinburgenſibus* Tom. I. p. 312. 313. item in *Herrn Alexander* MONRO'S *Knochen-Lehre &c. überſetzt durch* D. Carl Chriſtian KRAVSEN pag. 51. Item in *Tentaminib. Edinburgenſibus* T. V. P. I. p. 584. multo mirabilior legitur. Alterius enim cruris tibiae os totum, quantum erat, excidit carie pereſum, alterius vero per teſtas paulatim exemtum eſt, & homo nihilo minus poſtea bene valuit, ſatisque commode ambulavit. Quae quidem obſervationes eam, quam ſupra propoſuimus, medendi rationem eo magis commendant, quo facilius in illis, quorum ſucci vitiati non ſunt, callus in locum fragmentorum oſſeorum, a Chirurgo exemtorum, generari debet.

a) Vid. KALTSCHMIDII, illuſtris Profeſſoris Medicinae in Academia Ienenſi, diſſertatio de hoc argumento.

affecti ſunt, plerique curationem efficaciorem de die in diem differre ſoleant, fere fit, ut aut partis vitiatae reſectio mortem maturet, aut idem vitium, quod in altera parte ſublatum eſt, in alteram convertatur. Unde conſequitur, in his quoque caſibus abſciſſionem partium humani corporis minus frequenter, quam vulgo fit, adminiſtrandam eſſe. Idemque votum eſt, ſi recentiores Medici laudabili ſtudio in medicamentorum vires inquirunt, quibus tam horrendum malum ſine manuum triſtiori opera tolli queat. Sed de his omnibus huius §. ex inſtituto agendi animus non fuit.

§. XLI.

Atque haec quidem habuimus, quae adverſus eos, qui membrorum tum omnino omnium, cum ſingulatim colliſorum, amputationem nimis expetunt atque feſtinant, hoc tempore diſputaremus. An dictis argumentisque idem ubique pondus ſit, anque illa a nobis propoſita ratio oſſibus colliſis medendi digna ſit, quam peritiores Chirurgi ſequantur, penes lectores doctiores iudicium eſto. Mihi ſaltem nihil gratius, nihil iucundius accidere poteſt, quam tot miſerrime affectorum meminiſſe, quorum & vita & artus in noſocomiis noſtris ſervati ſunt, etiamſi tantis vulneribus vita eorum infeſtaretur, ut tantum non omnes, iſto modo vulnerata membra praeſcindenda eſſe, ante noſtra tempora decreviſſent. Vehementer ſane optandum eſſet, ut tot felices curationes membrorum peſſime vulneratorum, a nobis perfectae & abſolutae, re-

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.

primerent furorem Chirurgorum in certis quibusdam nationibus, quos fama fert ad amputanda membra propoſitis praemiis invitari excitarique. Tandem id etiam, quod ſimul animo intendimus, hac noſtra ſcriptione nos conſecuturos fore ſperamus, ut ii, qui, cum membrorum amputationem in noſocomiis noſtris negligi audiviſſent, parum digne, quod comperimus, de Chirurgis noſtris ſenſerunt, non ſolum melius exiſtiment, ſed etiam, ſubinde ſaltem, curationum exempla a nobis ſumant.